Secūda questio simul ꝛ propositio q deus iuste permisit quasdaz creaturas angelicas quas aliter condere non potuit nisi q peccare possent etiā actu peccare. Et quasdam simili modo creatas per gratiam ꝓseruare ꝛ hoc absq̃ per nia tentatione. hominem vo iuste permisit ꝛ tentari ꝛ peccare. que omia sic declarantur. Nam ad prouidentiam diuinam ptinet vt vnūquodq̃ in sua natura relinq̄bat ꝛ i suis naturalibus operibus non omnino impediatur. qꝛ vt Dionisi⁹ dicit. iiij. ca. de di. no. Prouidentia non est corruptiua nature ꝫ saluatiua. quo stante cum manifestuz sit q sicut bonū gentis diuinius q̄ bonum vnius. j. Ethi. Ita ꝛ bonū vniuersi excedit bonū pticulare cuiuscūq̃ nature create in particulari. Ideo etiam attendere oportet q si peccatū omino impediretur p hoc multi gradus tollerentur pfectionis. tolleret em̄ natura illa que potest peccare ꝛ nō peccare Qꝛ si dicat. tn̄ habuisset hō ex ꝯditiōe nature vt prius tactū est. Rñdetur Si nullum pctm̄ fuisset subsecutū in actu ꝫ statim confirmatio tūc sp lateret q̄d gratie deberet in bonis erga deū ꝛ q̄d potestas peccādi potuissꝫ ꝛ plura alia quibus ablatis vtiq̃ vniuersi multuz detraheret. Decuit etiaz vt nullo suggerente ab extra peccaret. ꝫ occasionē peccandi ex seipo susciperet qđ ꝛ fecit vbi deo equalis esse voluit. qđ est intelligenduz non simpliciter ꝛ directe nec indirecte. sed solum ꝫm quid. ꝛ hoc declaratur ꝓpter auctoritatem Esa. xiiij. In celum ascendā ꝛ similis ero altissimo. non enim simpliciter ꝛ directe. qꝛ sic habuisset intellectū ligatū ꝛ errone um appetendo aliquid qđ sibi erat impossibile. Cognouit enim se esse creaturam ꝛ deo creatū. ꝛ ideo equalem fieri creatori cognouit hoc sibi esse impossibile. Nec etiam indirecte qꝛ cum totum bonum angeli ꝛ creature est in hoc qđ deo subest. sicut tota claritas aeris est in hoc q subijcitur radijs sol' ideo hoc angelo non potuit appeti. qꝛ appetijsset contra bonū nature sed appetijt dei equalitatem non absolute ꝫ scđm quid. hoc sic est. cum deus habꝫ per naturam suam dno. beatitudineꝫ ꝛ bonitatem ꝛ aliud ꝛ q ab ipo omnis creature beatitudo ꝛ bonitas transfun

ditur. videns angelus dignitatem nature sue qua creaturis cunctis preeminebat voluit ꝛ appetiit a se in oia inferiora beatitudinem ꝛ bonitatem derivari ꝛ hoc ꝑ sua naturalia ita ꝙ ipse primo illa ex natura haberet ꝛ sic alie creature ex nobilitate sue nature acciperent. Et q̄ꝛ etiam illa appetiit a deo et sub deo volens esse dummodo ista haberet ideo nec etiā q̄tum ad modum habendi deo equipari voluit. ꝫ tantūmodo scd̄m quid. Nota insup ꝙ quia suū desideriū attentauit vt ad actū perduceret. idō subito suū desideriū aliis exposuit. Et quia subito etiā fuit aliorum angeloꝝ visio desiderii ꝛ consensus ꝯuersus sui desiderii. Ideo peccatum primi angeli alioꝝ pctā excessit ꝛ precessit quātitate culpe ꝛ causalitate. nō tn̄ duratione. ita ꝙ illud Apoc. xii. Draco de celo cadens traxit terciam partem stellaꝝ. Et in figura leuiathan habet. Ipse est rex sup oēs filios superbie ꝛ rex. ſm phm. v. metha. dr̄ principium in q̄tum mouet ꝑ suam voluntatem ꝛ imperiū sibi subiectos. Ideo ꝛ suū peccatū alioꝝ occasio peccandi fuit. ita ꝙ ipse primus a nullo extrinseco tentatus alios extrinsece tentauit. Et q̄dem qd̄ dictum est ꝙ instantenea opatio in omnibus illis fuit exemplificatur hoc ex sensibilibus. Nam simul tpe sunt illuminatio aeris visio colorꝫ ꝛ discretio rei vise. Hec ad longū posui vt cōsiderando tam stupendā permissionem diuinam sup nobilissimas creaturas ꝓpter vnū dūtaxat peccatū ambitionis quō nō ꝑticulares ꝑmissiones sup maleficoꝝ opa ꝓpter maiora pctā q̄tū ad aliquas circūstantias admitteret. Nā maleficoꝝ peccata i variis circumstantiis pcm̄ angeli ꝛ primoꝝ parentum excedūt vt iam in scd̄a questione patebit. Sꝫ ꝛ hoc ꝙ ꝓuidentia dei iuste ꝑmisit primuꝫ hoiem tentari ꝛ peccare ex his q̄ dicta sunt de transgressoribus angelis satis patere pōt. Sicut em̄ ad eundē finē hō ꝛ angelus creati fuerūt ꝛ in libertate arbitrii relicti. Ideo vt beatitudinis premiū non absq̧ merito ꝑciperent ideo sicut angelus a casu nō fuit ꝯseruat⁹ vt ptās pecandi ex vno. ꝛ ptās grē ꝯfirmationis ex altero ad decorem vniuersi patesceret. ita ꝛ circa hominē seruari oportuit. Vn̄ et. s. Tho. i. ii. di. xxiii. arti. ii. Illud ex quo deus apparet laudabil non debet penitus impediri. ꝫ in peccatis etiā de⁹ apparet laudabilis cum ꝑ misericordiā parcit ꝛ ꝑ iusticiaꝫ punit. vn̄ nō debuit pcm̄ impedire. tantūmodo breuiter ꝛ recapitulando ad ꝓpositum redeam⁹ dicam⁹. Qꝫ iusta dei ꝓuidentia hō in his permissus est multis rōnibus. Prima vt ostendat dei potentia q̄ solus inuertibilis ē oīs autē creatura mutabilis. Scd̄a aūt rō vt declaret dei sapientia que ex malo scit elicere bonū. qd̄ nō potuit fieri nisi deus creaturam peccare ꝑmisisset. Tercia vt manifestet dei clementia. in qua xp̄s ꝑ mortē suā hoiem perditū liberauit. Quarto vt ostendat dei iusticia que non solum reddit bonis ꝑmia ꝫ ꝛ malis supplicia. Quinta vt homo nō sit peioris ꝯditionis q̄ꝫ alie creature quas omēs sic deus administrat vt eas agere ꝓpriis motibus sinat. Vn̄ ꝛ hominē ꝓprio arbitrio relinquē debuit. Sexta est laus humana laus enim viri iusti ꝙ potuit ꝛ non est trāsgressus Septima ē decor vniuersi. quia sicut triplex malum culpe pene ꝛ damni inuenitur ita ex opposito triplex bonū. s. honestū bonū delectabile ꝛ vtile. decoratur. Nam culpa decorat honestas per penam delectabilitas. per damnū summa vtilitas. Et ꝑ hec patet responsio ad argumenta.

Solutiones argumentorū

Nam ad primū vbi dr̄ asserere q̄ n dyabolo ꝑmittat ptās nocendi hominibus sit hereticū. Oppositum potius patet. q̄a sicut asserere q̄ deus non ꝑmittat hoīem ex libertate arbitrij peccare qn̄ vult est hereticum. ita asserere q̄ deus pctm̄ dimittat inultum. hoc aūt fit p ptātem nocēdi hominibus in vindictā malorum et ad decorē vniuersi. iuxta illud Aug. in li. soliloquiorum. Iussisti dn̄e et ita est vt nūq̄ dedecus culpe sit sine decore vindicte. Probatio deniq̄ argumenti nō valet de sapiente ꝓuisore q̄ excludit defectū et malū q̄tū potest. q2 aliud est de eo q̄ habet curā particularē et de prouisore vniuersali. Nam primꝰ ex malo nō pt̄ elicere bonū sicut vniuersalis ꝓuisor facit vt p precedentia patuit. Ad scdm̄ patuit q̄ tam potentia q̄ bonitas et iusticia diuina patescūt in hoc q̄ mala ꝑmittit. vn̄ qn̄ dr̄. Aut deus potest mala impedire aut nō. Dicit̄ q̄ potest impedire ſ3 non debuit rationibus p̄tactis. Nec valet instantia si dicat̄ ergo vult mala fieri cū potest īpedire et non vult q2 vt in argumentis ꝓ veritate tactū est. Deus non potest velle mala neq̄ vult mala fieri neq̄ vult malū nō fieri ſ3 vult ꝑmittere malū fieri et hoc ꝓpter ꝑfectionem vniuersi. Ad terciū Aug. et phūs loquūtur de cognitione humana cui melius est non cognoscere mala et vilia duplici de causa. Primo q̄a ꝑ ea impedimur interdū a ꝯsideratōe malorum et hoc ꝯtingit q2 nō possumꝰ simul multa itelligere. Etiā et ea de causa q̄ cogitatio malorum ꝑuertit interdū voluntatē in malū. Hec aūt in deo locū non hn̄t q̄ intelligūt oīa opa hoim et maleficorum absq̄ aliq̄ defectu. Ad q̄rtū apl's curā dei a bobꝰ remouit. vt oñdat q̄ q2 creatura rōnalis h3 ꝑ liberum arbitrium dominiū sui actus vt dcm̄ est. Ideo vt ei imputet̄ aliq̄d ad culpā vel ad meritum et reddat̄ ei iux̄ hoc pena vel premiū. h3 deus specialē de eo ꝓuidētiā ſm que irrōnabilia nō ꝓuident. Velle aūt asserere q̄ indiuidua irrōnabilium creaturarum ex illa auctoritate nō ꝑtinerent ad diuinā ꝓuidentiā esset hereticum. q2 esset asserere q̄ non omnia subiecta essent diuine ꝓuidentie ꝯtra scripture sacre ꝯmendationem sup diuinā sapientiā que attingit a fine vsq̄ ad finem fortiter et disponit om̄ia suauiter. et esset error rabi moyses vt in argumentis ꝓ veritate patuit. Ad quintum quia homo non est institutor nature. sed vtit̄ naturalibus opibus artis et virtutis ad suū vsum. Ideo ꝓuidentia humana non se extendit ad necessaria que ex natura ꝓueniūt. vt q̄ cras sol oriatur. ad que tn̄ se extendit ꝓuidētia dei eo q̄ ipse ē actor nature. Vn̄ et defectus naturales. etiam si ex cursu rerum naturalium ꝓuenirent adhuc diuine ꝓuidentie subiacerent. quare et Democritus et alij philosophi naturales errauerunt attribuentes soli necessitate materie quicquid inferioribꝰ accideret. Ad vltimū licet omnis pena infligitur a deo propter peccata nō tamen semper maioribus peccatoribus maleficia infliguntur. vel quia dyabolus non vult vt illos affligat et temptat quos iusto titulo possidere se cernit. vel ideo vt non ad deum accelerāt iuxta illd̄. Multiplicate sunt īfirmitates. postea accelerauerūt etc̄. Et q̄ omnis pena infligitur a deo propter peccata patet ex sequentibus. quia iuxta Hieronymū. Quicquid patimur peccatis nostris meremur.

Declarat̄ q̄ pctā maleficorum ḡuiora sunt pctis malorum āgelorum et p̄morum parentū. Vn̄ sic inocētes puniūt̄ ex cul-

pis parentum. ita et iam plures innoxij damnificantur et maleficiunt propter peccata maleficorum.

Questio decimaquarta. et est tota materia predicabilis.

Sed sup enormitatem criminum queritur. An maleficorum flagitia cuncta mala que deus fieri sinit et usque in pns a principio mundi fieri permisit tam in culpis quam in penis et damnis excedunt. Et videtur quod non precipue quo ad culpam. Nam pctm quod quis committit quod faciliter vitare potuisset excedit pctm quod alter committit quod ita faciliter vitare non potuit. Patet per Aug. in de ci. dei. Magna est in peccando iniquitas ubi est tanta in non peccando facilitas. Sed adam et plures qui ex aliquo statu perfectionis seu etiam gratie peccauerunt. Facilius propter assistentiam gratie pctm vitare potuissent. presertim adam qui in gratia creatus fuerat quam plures malefice que huiusmodi dona non perceperunt. ergo illorum pcta omnia maleficorum flagitia excedunt. Preterea quo ad penam. maiori culpe maior pena debetur. sed peccatum ade grauissime punitum fuit in hoc quod vt patet in omnes posteros eius pena cum culpa ostenditur in transfusione originalis peccati ergo eius peccatum grauius est omnibus alijs peccatis. Preterea quo ad damnum Nam iuxta Aug. Ex hoc aliquid est malum quia adimit bonum. ergo ubi plus de bono amittitur ibi maior culpa precessit. sed peccatum primi parentis maius damnum tam in naturalibus quam in gratuitis intulit ubi nos innocentia et immortalitate priuauit quod nullum aliorum sequentium pctm intulit. ergo etc. Sed contra id quod plures rones mali includit magis est malum. sed pcta maleficarum sunt huiusmodi. Nam omnia mala in bonis nature et fortune procurare possunt deo permittente. vt ex bulla pape deducitur. Preterea adam peccauit solummodo faciendo illud quod est utroque modo malum quia prohibitum. et quod non erat malum secundum se. Sed malefici et alij peccatores peccant faciendo illud quod est utroque modo malum et secundum se et prohibitum. vt homicidia et alia multa inhibita. Unde pcta eorum grauiora sunt alijs peccatis. Preterea pctm quod est ex certa malicia est grauius pctō quod est per ignorantiam. sed malefice ex magna malicia contemnunt fidem et sacramenta fidei prout plures confesse sunt. Responsio. quod mala que a modernis maleficis perpetrantur cuncta alia mala que deus unquam fieri permisit secundum quod in titulo questionis tangitur excedunt. et hoc quo ad pcta que contingunt in peruersitate morum. licet secus sit de peccatis que opponuntur alijs virtutibus theologicis. potest ostendi triplici via. Primo in generali comparando eorum opera indifferenter ad quecunque flagitia mundi. Secundo in speciali comparando ad species superstitionis ex quocunque pacto cum demonibus inito. Tercio comparando illa ad peccata malorum angelorum: aut etiam primorum parentum. Primum sic. Nam cum triplex sit malum. videlicet. culpe pene damni. eo quod triplex sit bonum cui illa opponuntur. s. honestum. delectabile. et utile. Et culpe opponitur honestum Pene delectabile. Damno utile. Quod culpa maleficarum excedit cuncta alia peccata sic apparet. Nam iuxta doctrinam sancti Tho. in .ij. di. xxij. ar. ij. Licet in pctō multa possint considerari ex quibus pcti grauitas vel etiam leuitas trahi potest. Unde et contingit quod idem peccatum quod secundum unum eorum est grauius secundum aliud leuius inueniatur prout dicere possumus. In fornicatione iuuenis peccat. senex insanit. Tamen illa simpliciter grauiora sunt que plures et potentiores habent non dico circumstantias solum sed in specie et quantitate peccati essentiali. peccati grauitatem. Et sic dicere

possumus q licet peccatum ade quantum ad aliquas circumstantias grauius sit omnibus alijs peccatis quantum ad hoc q minori temptatione pulsatus cecidit quia videlicet tantum ab extrinseco. Et etiam quia facilius resistere potuisset propter originale iusticiam in qua creatus erat. Tamen quantum ad speciem et quantitatem peccati et etiam quantum ad alias circumstantias que peccatum magis aggrauant sicut multa grauiora peccata sunt secuta: ita et inter illa omnia maleficorum excedunt quod etiam clarius ex duobus deducitur. Nam sicut vnum peccatum dicitur maius altero vel causalitate vt peccatum luciferi. vel generalitate vt peccatum ade. vel deformitate vt peccatum Jude. Vel difficultate remittendi vt peccatum in spiritum sanctum. Vel periculo vt peccatum ignorantie. Vel inseparabilitate vt peccatum cupiditatis. Vel pronitatate vt peccatum carnis. Vel diuine maiestatis offensione: vt peccatum ydolatrie et infidelitatis. Vel expugnandi difficultate vt superbia. Vel mentis cecitate vt ira. Ita et post peccatum luciferi omnia alia peccata maleficorum opera excedunt: tam in deformitate crucifixum abnegantes. quam et pronitate spurcitias carnis cum demonibus exercentes. Ac mentis cecitate in omne nocumentum tam animarum quam corporum hominum et iumentorum toto malignitatis spiritu debachantes. prout ex supradictis patuit. Quod etiam iuxta ipsius nomen ostendit. Dicuntur enim malefici ob facinorum magnitudinem etc. vt supra patuit. Deducitur et ex isto. Nam cum duo sunt in peccato auersio et conuersio. Juxta illud Augustini. Peccatum est spreto incommutabili bono rebus mutabilibus inherere. Et ipsa etiam auersio a deo sit tanquam formale sicut ipsa conuersio tanquam materiale. Ideo tanto aliquod peccatum est grauius: quanto magis homo per ipsum a deo separatur. Et quia per infidelitatem homo maxime a deo elongatur. ideo et maius omnibus peccatis maleficium infidelitatis existit. Et hoc declaratur per nomen heresis quod est etiam apostasia a fide simul et q tota earum vita peccatum est. De primo. Nam cum peccatum infidelitatis consistat in renitendo fidei. Et hoc potest dupliciter fieri: vel quia renititur fidei nondum suscepte aut suscepte. Si primo modo tunc est infidelitas paganorum seu gentilium. Si secundo modo tunc iterum dupliciter. quia aut renititur christiane fidei suscepte in figura aut in ipsa manifestatione veritatis. Primo modo est infidelitas iudeorum. Secundo modo infidelitas hereticorum. Vnde patet q heresis maleficarum inter tres species infidelitatis grauissima existit. quod etiam ratione et auctoritate comprobatur. Nam .ij. Petri .ij. dicitur. Melius erat illis viam veritatis non cognoscere quam post cognitam retrorsum conuerti. Ratione. Nam sicut grauius peccat qui non implet quod promisit quam ille qui non implet hoc quod nunquam promisit. Ideo infidelitas hereticorum qui profitentur fidem euangelij et tamen ei renituntur corrumpentes ipsam grauius peccant quam iudei et pagani. Et iterum. Judei grauius peccant quam pagani. quia susceperunt fidei christiane figuram in veteri lege quam male interpretantes corrumpunt quod pagani non faciunt. ideo etiam ipsorum infidelitas est grauius peccatum quam infidelitas gentilium qui nunquam fidem euangelij susceperunt. De secundo q et apostate nuncupantur. Nam secundum Thomam secunda secunde q. xij. Apostasia importat quandam retrocessionem a deo et religione que fit per diuersos modos quibus homo coniungitur deo. vel per fidem. Vel per per subiectam ad obediendum voluntatem. Vel per religionem et clericatum Secundum quod etiam dicit Raymundus et

Hostien. q apostasia est temerarius a fidei statu vel obedientie vel religiōis excessus. Et cum remoto priori remouetur posterius: sed non econuerso. Ideo et prima alias duas excedit. scilz apostasia a fide precedit a religione. de qua xlviij. distin. quantūlibet. et. xvj. q. j. legi nō debet. Tamē sm Ray. nō iudicatur apostata seu fugitiu⁹ etiā si ad longinqua diu euagetur. nisi postq̄ sic viuit q animū redeundi se disposuisse ostendit. ff. de re mili. l. desertorez. Et hoc fieret si vxorem duceret vel simile tale. Similiter et apostasiam inobedientie vbi quis sponte contemnit precepta ecclesie et prelatorum. de qua. iij. q. iiij. alieni. Quia etiā infamis efficitur repellitur a testimonio et debet excōmunicari. xj q. iij. Si aūt. Unde et apostasia de qua loquimur super apostasiā maleficarū dicitur apostasia perfidie q̄ et tanto grauior. quanto et cū inimico fidei ratōis salutis per pactū expressuz peragitur. Hoc enim habent facere malefice et hoc inimicus ille exigit vel in toto vel i pte Reperte sunt enim per nos inquisitores que omnes fidei articulos abnegauerant. quasdam vero certas in numero semper tamen confessionem veram et sacramentalem habeāt abnegare. Unde et Juliani apostate perfidia non videtur tanta fuisse licet in alijs aduersus ecclesiam maiora exercuisset. de q̄ et. ij. q. vij. non potest. Si quis vero incidentaliter quereret. Quid si mente et corde fidem tenerent quorū scrutator solum deus est. et non quecunq̄ angelica creatura vt supra patuit. facerēt tamen reuerentiam et obedientiam dyabolo per actus exteriores. Dicenduz videtur q cum apostasia perfidie dupliciter potest fieri. per actus infidelitatis exteriores absq̄ expresso pacto cuz demone inito. sicut qui in terris infidelium mahumeticam vitam assumeret aut in terris christianorum cum expresso pacto etc. Primi vbi mente retinent fidem. actu tamen exteriori negant. licet non sint apostate nec heretici tn̄ mortaliter peccant. Sic enim salomon dijs suarū vxorum reuerentiam exhibuit. Nec enim aliquis excusatur si ex metu hoc faceret. quia sm Aug. Sanct⁹ est mori fame q̄ vesci idoloticis. aliqui habēt Sacius. xxxij. q. iiij. Sacius. Malefice aūt quantūcunq̄ fidem retinent corde et abnegant ore apostate tamen iudicantur eo q fedus cum morte et pactū cum inferno pepigerūt. Unde sanct⁹ Thomas in. ij. distin. iiij. ar. vltio. loquens de similib⁹ operibus magicis. Et qui quocunq̄ modo auxiliū petūt a demonibus dicit. In omībus ē apostasia a fide propter pactū initum cuz demone vel verbotenus si inuocatio intersit vel facto aliquo etiaz si sacrificia desint. non enim potest homo duob⁹ dominis seruire. Ad idem Albertus vbi supra distin. viij. vbi queritur. Utrum magicis et mathematicis intendere sit peccatū et apostasia a fide. Ita respondit. In talibus est semper apostasia verbi vel operis. Si enim inuocationes fiant tūc apertum pactum initur cū demone et tūc est aperta apostasia verborum. Si aūt non fit nisi opere simplici tūc est apostasia operis. Et quia in his omnib⁹ semper est fidei contumelia quia expectatur a demone quod expectanduz est a deo ideo semper apostasia iudicatur. Ecce q̄ clare duplicem apostasiaz ponūt terciam subintelligentes scilicz cordis que si desit tamen malefice verbis et operib⁹ apostatrices iudicantur Penis ergo vt patebit et hereticorum et apostatarū subiacere debent. Est et scła criminis enormitas p cūctis alijs heresibus in eis. Nam si iuxta Augustinum omnis infidelium vita peccatum est. xxviij. q. j. §. ij. et est glosa sup

illud Romanorum. xiiij. Omne quod non est ex fide peccatum est. Quid iudicandum est de tota vita. id est de omnibus alijs operibus maleficarum que tamen non ad complacentiam demonum fiant sicut ieiunare. ecclesias frequentare. communicare et sic de alijs. In omnibus enim peccant mortaliter quod sic declaratur. Tanta est enim labes huius peccati quod facultatem resurgendi: licet non ex toto amputat. eo quod peccatum non corrumpit totum bonum nature et lumen naturale in eis remaneat. Tamen propter prestitum homagium nisi ab illo absoluantur. omnia eorum opera etiam de genere bonorum sunt potius de genere malorum quod in alijs infidelibus non cernitur. Nam secundum Tho. secunda secunde. questio. x. An omnis actio infidelis sit peccatum dicit quod quamuis opera infidelium que sunt de genere bonorum vt ieiunia elemosyne et huiusmodi non sint eis meritoria propter infidelitatem que est grauissimum peccatorum. tamen quia peccatum non corrumpit totum bonum nature: sed remanet in eis lumen naturale. Ideo non omnis actus eorum est mortale peccatum. sed actus procedens ex ipsa infidelitate vel relatus ad ipsam etiam si sit de genere bonorum. puta saracenus ieiunat vt seruat legem. Mahumeti de ieiunio mandantem. Iudeus celebrat suas festiuitates et huiusmodi in his est mortale. Et sic intelligitur illud Augustini supra allegatum. Omnis infidelium vita peccatum est.

Quod malefice grauissimas merentur penas vltra omnes flagitiosos mundi.

Deniqz quod eorum flagicia cuncta aliorum peccata excedunt quantum ad demeritum pene declaratur. Primo quo ad penam hereticis infligendam. Secundo quo ad penam apostatis inferendam. Nam heretici quadruplici pena puniuntur secundum Raymundum scilicet excommunicatione depositione. rerum ablatione. et corporali morte. De quibus omnibus lector inueniet super primum. de senten. excom. Nouerit. et super secundum. xxiiij. questio. j. Qui contra pacem. et tercium. disti. viij. quo iure. et. xxiij. q. vij. capi. j. et sequenti. super quartum. eodem titulo. scilicet de hereticis. Excommunicamus primo et secundo. imo et grauissimas incurrunt penas. Credentes. receptatores. fautores et defensores. Nam vltra penam excommunicationis illis inflictam heretici eorum fautoribus et defensoribus suis et receptatoribus et ipsorum filij vsqz ad secundam generationem per lineam paternam. per lineam vero maternam vsqz ad primum gradum ad nullum beneficium vel officium ecclesiasticum admittuntur vt eo. ti. quicunqz. et ca. statutum. libro. vj. Sed super terciam penam si heretici habent filios catholicos priuantur paterna hereditate in detestationem criminis. Et super quartam penam si post deprehensionem erroris continuo non velit reuerti et heresim abiurare subito debet comburi si laicus est. Falsarij enim pecunie statim morti traduntur quanto magis falsarij fidei. Si vero clericus post solennem degradationem relinquitur curie seculari occidendus. Si autem reuertantur ad fidem detradi debent in perpetuum carcerem. de heretic. Excommunicamus. primo et secundo. et hoc de rigore iuris. Mitius tamen agitur cum eis post abiurationem quam ad arbitrium episcopi et inquisitoris facere debent prout in tercia parte operis patebit vbi de varijs modis sententiandi tales tractatur. quis etiam dicatur deprehensus et conuictus seu etiam relapsus. His autem modis mulctare maleficas non videtur sufficere cum non sint simplices heretice. sed et

apostate et vltra hoc q in ipsa apostasia non hominib9 propter metum aut carnis oblectamenta fidem abnegant. vt supra tactuz est. Sed ipsis demonibus vltra abnegatōnem etiam homagium corpora z animas offerendo prestant. Ex quib9 satis probabile videtur q q̄ntumcunq penitteant z ad fidem reuertantur non debent sicut alij heretici carceribus perpetuis mancipari sed vltimo supplicio puniri. z hoc etiaz ꝓpter damna temporalia hominibus et iumentis varijs modis illata leges imperant. vt patet. C. de maleficis. l. null9 l. nemo. z. l. culpa. Et est similis culpa prohibita. discere et docere. Et loquuntur leges super sortilegos. quanto magis super maleficos. vbi dicunt q pena illorum est bonoꝝ publicatio et decapitatio. Et si quis tali arte mulierez ad luxuriam prouocauerit: vel econuerso bestijs exponitur. vt dicitur ibidem. l. multi. et de his in prima questione tactum est.

Questiō decimaquinta: Declaratur q propter peccata maleficarum innoxij sepe maleficiantur licet etiam interdum ꝓpter peccata propria.

Sed et q9 diuina ꝑmissione plures innoxij dānificantur et puniunt in premissis nocumentis propter aliena peccata maleficarum et non propter culpas proprias. Nec alicui hoc videatur inconueniens ostendit sanctus Thomas secunda secunde. q. cviij. Hoc fieri iuste a deo. loquendo de penis presentis vite triplici ratione. Primo quidem q vnus homo est res alterius. z sicut quis punitur in rebus: ita et in penam alterius aliquis puniri pōt. Naz filij ſm corpus sunt quedam res pr̄is. et serui et animalia res dominorum. z sic filij puniunt quandoq pro parentibus sicut filius natus ex adulterio dauid mortuis fuit q̄ citius. et animalia amalechitarum iussa sunt interfici. q̄uis z in huiusmodi sit ratio mistica. vt habetur. j. q. iiij. §. paruulos. Secūdo quia peccatum vnius deriuatur in alterum et hoc dupliciter. Per imitationem sicut filij imitantur peccata parētum et serui z subditi peccata dominorum vt audacius peccent vt fit in reb9 male acquisitis in quib9 filij succedūt serui in latrocinijs et guerris iniustis. Vnde sepius interficiunt: et subditi ꝑlatorum audacius peccant dum eos peccare cernūt etiam si eadem peccata non committūt vnde et iuste puniūtur. Deriuatur etiam peccatum vni9 in alterum per modum meriti. vt subditorum in malum prelatum. id est q peccata subditorum merentur peccatorem prelatum ſm illud Job. Regnare facit hypocritaz propter peccata populi. Deriuatur etiam peccatum z cōsequenter pena per aliquez consensuz vel dissimulationē. Hoc est quādo superiores peccata non redarguūt tunc sepissime boni cum malis puniūt: vt dicit Aug9. in primo de ciui. dei. Exēplum vbi inter nos inquisitores vnus repperit quoddam oppidum mortalitate hominū quasi destitutū: et vbi fama volabat q quedam mulier sepulta lintheamen in quo sepulta erat successiue deglutiret z q pestis cessare n̄ posset nisi ex integro lintheamen deglutiendo ad ventrem consumpsisset. Habito consilio desuper scultetus cum ꝑfecto ciuitatis sepulchrum effodientes inuenerūt quasi dimidictatem lintheaminis per os et collum. vsq in ventrē immissam et consumptam. Quo viso motus sculterus gladiuz extraxit z ca-

pnt amputando extra foueam proiecit
sicq3 subito pestis cessauit. Ex quibus
vtiq3 diuina pmissione peccata illiꝰ ve-
tule super innoxios propter dissimula
tionem presidentiū punita fuerūt. Nā
prehabita inquisitōne repertū fuit ip-
sam longo tempore vite sue sortilegam
et magam fuisse. Exemplū de punitio
ne dauid in enumeratōne populi p pe
stem. Tercio fit diuina permissione vt
humane societatis vnio commendet
ex qua vnus homo debet pro alio sol-
licitus esse vt non peccet et ad detesta-
tionem peccati dū scilicet pena vniꝰ re
dundat in omnes. quasi oms sint vnū
corpꝰ. Exemplū de peccato Achor Jo
sue. vij. Possumꝰ adhuc addere duos
modos prout puniunt mali interdu3
per bonos interdū etia3 per alios ma-
los. Nam vt Gratianꝰ dicit. xxiij. q. v.
§. vltimo. Aliqndo deꝰ punit malos p
legitimā potestatem gerentes ex mā-
dato suo. et hoc dupliciter. Interdum
cum merito punientium sicut puniuit
peccata chananeorū per populū suū.
Interdū absq3 merito punientiu3: sed
etiam in ipsorū penam sicut tribū ben
iamin puniuit. et deleuit vsq3 ad pau-
cos. Aliquando punit etiam per popu
los suos iussu seu pmissione excitatos
non tamen intendentes deo obsequi:
sed sue satisfacere cupiditati. ꝛ ideo cū
sui damnatōne sicut iam punit popu-
lū suū per thurcos. et sepius ante per
alienigenas etiam in veteri lege. Sed
nota. ꝙ quacūq3 de causa quis puniat
si non sustinet patienter penas tūc sūt
flagella non ad satisfactionem: sed ad
vindictam tantū id est punitionē. Iu-
xta illud Deutro. xxxij. Ignis scilicet
pene temporalis succensus est in furo
re meo. id est in punitione. q2 alias nō
est in deo furor. et ardebit vsq3 ad infer
ni nouissima. id est vindicta hic incipi
et et ardebit vsq3 ad extramam damna
tionem. vt exponit Augꝰ. Et habet
de pe. di. iiij. §. auctoritas. Sed si pati-
enter ferant ipsa flagella et sit patiens
in statu gratie habent locū satisfactio-
nis vt dicit Tho. in. iiij. Etiam si quis
puniret a iudice propter maleficiū cō-
missum vel etiam malefica et hoc ſm
plus et minꝰ ſm deuotionem patien-
tis et qualitatem criminis. Mors aūt
naturalis cū sit vltimū terribiliū. non
tamen est satisfactoria. q2 per natura3
inoleuit in penam originalis peccati.
Licet ſm Scotum etiam volūtarie et
cū deuotione expectata et deo oblata i
sua amaritudie possit fieri aliq modo
satisfactoria. Mors tamen violenta si-
ue qs eam meruit siue non semper est
satisfactoria si patiēter sustineat ꝛ in ḡ-
tia. Et hec quidē q̄ ad penas ꝑpter alio
rū pctā inflictas. Propter ꝑpria aūt ēt
deꝰ flagellat in vita p̄senti ꝛ spāliter cir
ca maleficia inferenda. Nam thob. vij
Super illos q̄ libidini deseruiūt dya-
bolꝰ accipit potestatem. qd̄ etiam ex p̄-
cedentibꝰ patuit declarando maleficia
circa membra et potentias generatiue
potentie que deꝰ ampliꝰ permittit ma-
leficari. Attamen ad predicandu3 po-
pulo notandū ꝙ premissis punitioni-
onibus non obstantibꝰ ſm q̄s deꝰ pro
culpis alienis siue proprijs punit hāc
regulā iuris pro fundamento teneat ꝛ
populo proponat q̄ dicit. Sine culpa
nisi subsit cā non est aliqs puniendus
extra de reg. iu. ꝛ hec regula locū hab3
in iudicio poli. i. dei. ꝛ in iudicio fori. i.
in foro hūano siue seculari siue eccl'ia
stico. Declara de iudicio poli. Nā cu3
deꝰ duplici pena spūali ꝛ tēpali punit.
In prima inuenit ꝙ nunq3 sine culpa
In scd̄a inuenit ꝙ interdum bene sine
culpa: ſ3 non sine cā. De prima spūali
pena q̄ cū est triplex scilicet. subtractio
grē. vn̄ sequit obduratio in pstitis. nō
fit sine culpa ꝑpria. Scd̄a pena dam-

ni.id est priuatonis glorie.hoc etiã nũ-
q̃ infligit sine culpa propria vt i adul-
tis.vel contracta vt in paruulis in ori-
ginali decedentibus.Tercia pena sen-
sus.id est cruciatio ignis infernalis eti
am patet. Unde quod dicit Exod.xx.
Ego dominus zelotes visitans pecca-
ta parentũ in filios vsq̃ in terciaz ꝛ q̃r-
tam generationẽ.intelligit de imitato-
ribus paternoꝝ scelerũ vt exponit gra-
tianus.j.q.iiij.§.quibus.vbi etiam dat
alias expositões.De secũda autẽ pe-
na temporali punit de⁹. Primo ꝓpter
culpam alterius vt supra tactũ est. tri-
plici ratione.vel etiam sine culpa alie-
na et propria:sed nõ sine causa .vel eti-
am ex culpa propria et non aliena. qꝺ
si vis scire causas propter quas de⁹ pu-
nit ꝛ tamen absq̃ culpa aliena et ꝓpria
videas quinq̃ modos quos ponit ma
gister in.iiij.distin.xv.capi.ij.Et recipe
tres primas causas. Reliquas duas ac
cipe pro culpis ꝓprijs. Nam dicit qui-
q̃ de causis de⁹ hominẽ flagellat in vi-
ta presenti siue penas infert. Primo vt
deus glorificet. Et hoc fit quando mi-
raculose remouet pena siue flagellum
Exemplũ de ceco nato. Joh.ix. De la
zaro resuscitato Joh.xj.Secũdo si pri
mũ desit immittit tamen vt meritũ cu
mulet per exercitiũ patientie. Ac etiaz
vt virtus latens intus alijs manifestet
Exemplũ in Job.j.et Thob.ij.Tercõ
vt virtus conseruet per humiliationez
flagelloꝝ. Exemplũ in Paulo qui de
se dicit.ij.ad Corinth.xij. Ne magnitu
do reuelationũ extollat me dat⁹ est mi
hi stimul⁹ carnis mee angelus sathane
ꝛc.qui stimul⁹ ẜm Remigiuz fuit que-
dam infirmitas corpalis. He sunt cau
se sine culpa. Quarto vt eterna dam-
natõ hic inchoet.vt scilicet aliqualiter
ostendat quid in inferno patiet.Exem
plũ in herode Act.xij.et in Antiocho.
ij.Machab.ix.Quinto vt homo purifi
cetur.vel p expulsionem culpe cuz sci-
licet ex flagellis pterit. Exemplum de
maria sorore aaron Nũe.xij. q̃ lepra i-
fecta.ꝛ israhelitis prostratis in deserto
ẜm Hiero.xxiij.q.iiij. quid ergo. Uel
ad satisfactõnem pene.Exemplũ in da
uid qui post remissionẽ adulterij com
missi quo ad culpaz in penã fuit expul
sus de regno. vt patet in.ij.Re. qꝺ no-
tat Greg.de pe.dis.j.si peccatũ dauid.
Posset etiã dici omnẽ penã quã pati-
mur procedere ex culpa nostra saltim
originali cũ qua nascimur q2 ipsuz est
causa omniũ causalitatuz.ar. distin.v.
ad eius. Sed ꝛ tercia pena que ꝛ dam
ni loquẽdo de illa quo ad eternã dam-
nationem quã in futuro sustinebũt.ne
mo ambigat quin sup om̃s damnatos
in penis sensibilib⁹ cruciabunt. Sicut
eñ gratie visio i patria.ita mortali cul
pe pena in inferno succedit. Et sic gra-
dus beatitudinis in patria ꝯmensurã-
tur iuxta gradus charitatis ꝛ grẽ i via
ita ꝛ mensura supplicioꝝ in inferno iu
xta mensurã criminũ in via. Hoc ẽ qꝺ
Deut.xxv.dicit. Pro mensura pecca-
ti erit ꝛ plagaꝝ mod⁹. Et si hoc i alijs
peccatis om̃ib⁹ tamen in speciali male
ficis hoc conuenit qꝺ ad Hebre.x.tan
git. Quanto magis putatis deteriora
mereri supplicia qui filiũ dei conculca
uit ꝛ sanguinez testamenti pollutũ du-
xerit. in quo sanctificat⁹ est. Hec sunt
propria maleficaꝝ fidem abnegantiuz
ꝛ p diuinissimũ sacramentuz plurima
maleficia vt iam in secũda parte pate-
bit exercentiũ.

Sextadecima. Declaratur i speciali veritas premissa cõparando opera maleficarũ ad alias superstitõnis species.

Remissa deni-
q̃ quo ad enormitatem crimi

nū in maleficis probat̄. p̄ compatiōnē ad alia opera magoꝝ et diuinatorum. Naȝ cū quatuordecim sint species circa op̄a supstitiosa ex triplici genere diuinationū. Quoꝝ primū fit per manifestam demonū inuocationē. Secundū per tacitam solam consideratioņeȝ dispositionis vel motus alicuiꝰ rei. vt siderū dierū. aurarū et hmōi. Terciū p̄ considerationem alicuiꝰ actus humani ad inquirendū aliquid occultū que sortium nomen habent. Et species primi generis diuinatōnis que fit per expressam demonū inuocationē. sint prestigiū. diuinatio somnioꝝ. Nigromantia. Diuinatio phitonica. Geomantia Jdromantia. Aeromantia. Piromantia et arioloꝝ cultus Tho. scd̄a scd̄e. q. xcv. ꝛ. xxvj. q. iiij. igit̄. et. q. v. nec mirū. Species deniqꝫ secūdi generis genealitici. aruspices. augures omen seruātibus chyromantia et spatulamantia. Species etiam tercij generis variant̄ fm omnia illa que sortiū nomē habēt ad inquirendū aliquid occultū. scilicet per consideratōnem punctorum. festucarū. figurarū in plumbo liquefactaꝝ Et de his Thomas. vbi supra. ꝛ. xxvj. q. ij. et. q. iiij. per totū. Tamen hec omnia crimina maleficarum flagicia excedūt. quod de prestantioribus speciebꝰ deducit̄. Vnde et de minoribus non difficultat̄. Naȝ in prima specie vbi aliqui prestigiosis quibusdam apparitionibus sēsus humanos decipiūt vt res corporalis aliter sentiatur per sensum visus aut tactus vt in precedentibꝰ tactum est de modo prestringendi. Malefice his non contente circa membra generatiue potentie illa interdum prestigiosa apparitione auferendo licȝ nō in rerum veritate. etiam ipsam generatiuam potentiam pluries auferunt. ne mulier concipere aut vir actum exercere valeat etiam remanente mēbro absqꝫ prestigiosa illusione post cōceptum etiam aborsum procurant sepe procurant cum innumeris alijs malis in diuersis etiam formis bestiaruȝ apparēt vt in superioribus patuit. Jn secūda deniqꝫ specie que et nigromantia dicit̄. et fit per mortuorū apparitōneȝ vel locutionem. cum vt dicit̄ tercio lib. ethymol. Nigros grece mors dicit̄ latine. mancia vero diuinatio. faciūt auteȝ talia per sanguinem hominis aut alicuius animalis. sup̄ quibusdam caracteribus. sciētes demones sanguinē amare. id est eius effusionē et peccata. Vnde fit vt vbi mortuos ab inferis se vocare putant ad respondendū ad interrogata. demones in eorū similitudinibus apparentes talia exercēt. Et hmōi artis erat illa maga ꝛ phitonissa de q̄. j Reg. xxviij. q̄ ad instantiā saulis samuelem suscitauit. Nec ex hoc putat quis talia esse licita q̄ scriptura cōmemorat aiāȝ iusti ꝓphete ab inferis vocatā sauli euent[illegible] futuri belli etiā p̄ mlierē phitonissam apuisse. Quia vt augus. dicit ad simplicianū. Nō est absurdū credē aliq̄ dispensatiōe ꝑmissuȝ fuisse. vt non dn̄ante arte magica vel potētia: ſʒ dispēsatōne occulta. q̄ phitonissaȝ ꝛ saulē latebat se iusti spūs ōnderet reg[illegible] aspectibꝰ dina euȝ snia ꝑcussurꝰ. Vel nō vere spūs samuelis a sua requie est excitatꝰ ſʒ aliqd̄ fātasma ꝛ illusio demonū imaginaria diaboli machinatōibꝰ est facta quā appellat Samuelē scriptura. sicut imagines solent suarum rerum nominibus appellari. Hec ex responsiōe cuiusdam argumenti sup̄ questionē. An diuinatio que sit inuocatōne demonū sit illicita. scd̄a scd̄e. qō. xcv. ar. iiij. Ad secundum. Sed si lectori placet videat responsionem sup̄ vltimū argumētum questionis. An gradus ꝓphie sint in beatis in eadem summa. q. clxxiiij. Jnspiciat etiā dictū aug. xxvj. q. v. nec mirū. Sed hec paꝝ ad maleficaꝝ opa q̄ nullā in se retinent speciem pietatis

vt inmenti eorũ opera patet sanguinez innocentem fundere non cessantes. occulta queqꝫ dyabolicis instructõibus manifestantes nec viuis aut mortuis parcũt vbi animas cum corporib⁹ interimũt. In tercia deniqꝫ specie que et somniorũ diuinatio dicit̃ dupliciter obseruat̃. Primo quando quis vtit̃ somnijs vt valeat aliqđ occultũ inuestigare ex reuelatõne malorũ spirituũ cum quib⁹ habent̃ pacta expressa quãdo scꝫ ad hoc inuocant̃. Secundo vero quando quis vtit̃ somnijs ad cognoscendũ futura ẜm ꝙ somnia procedũt ex reuelatõne diua vel ex cã naturali intriseca vel extrinseca quantũ põt se extendere talis virtus non erit illicita diuinatio. hec Tho. vbi supra. Pro cui⁹ intelligẽtia vt predicatores nucleum ad min⁹ habeant. Notandum ad primũ de angelis ꝙ cum angelus sit limitate virtutis efficatius reuelare potest aliqđ futurorum anime disposite ꝙ indisposite. Dispositio aũt fit post sedatões motuum exteriorũ ꝛ interiorũ vt quãdo silentes sunt noctes ꝛ sedati sunt motus fumositatũ ꝛ hoc fit circa auroram qñdo digestio est ꝯpleta. ꝛ hoc dico de nobis peccatorib⁹ sĩlib⁹ quib⁹ angli ex diuina pietate ad ꝓsecutõꝫ officij aliq reuelãt aut tẽpe studij in aurora intellcm̃ de occultꝭ scripturarũ informãte. Presidet em̃ angel⁹ bon⁹ intellectui sicut deus volũtati. ꝛ corpa celestia nr̃is corpibus. alijs aũt ꝑfectiorib⁹ qbuscũqꝫ. põt ꝛ quacũqꝫ hora ꝛuelare vigilãdo ꝛ dormiẽdo ꝙuis ꝛ iuxta phm̃. in de som. ꝛ vigil. sunt magꝭ apte recipe reuelatões vt dictũ est vno tpe ꝙ altero ꝓut ceteri magi facere ꝯsueuerũt. Ad scd̃m nota ꝙ ex naturali sollicitudine nature đ regimine corpis ꝯtingit ꝙ quedã futura hñt cãm naturalẽ in hoie somniante. ꝛ tũc illa somnia seu visiones sunt tantũmõ sigꝭ ꝛ nõ cause. sicut ex pte angeli dictũ est. ꝛ hoc accidentiũ futurorũ in homine vt sanitatꝭ vel egritudinis vł periculi ꝛc. Et hec est snĩa Aristot. vbi supra. Quia natura repñtat in somnis aie aliquas dispositões que sũt in corpore ex quib⁹ postea ꝯtingit infirmitas vel aliud. vt si quis somniet de occupationibus igneis. signum est ꝙ ꝑdominatur in eo colera. si de aeris vt de volatu et huiusmodi signum est sanguinis. si aque vel alterius liquoris aquei signum est flegmatis si de terreis. signum est melancolie. Et ideo per somnia quandoqꝫ iuuantur medici ad cognoscendum dispositõnis corporis. vt etiam dicit philosophus in eodem libro. Sed hec iterum leuia sunt ꝑ comparationem ad somnia a maleficis superstitiose obseruata. Nam si corporaliter vt supra tactum est nolunt transferri: sed tantum imaginarie cernere q̃ a consodalibus maleficis perpetrãtur reponere se habent ad sinistrum latus in nomine sui dyaboli ꝛ omniũ demoniorum. Unde fit vt ei singula imaginaria visione representantur a simili. Si aliqua occulta scire pro se vel alijs hominibus volunt a demonibus per sompia instruuntur non per tacita sed per expressa cum eis pacta inita. Nec iterum per quodcunqꝫ pactum quocũqꝫ modo per aliquod sacrificium alicuius animalis seu sacrilege deprecationis aut cultus etiam latrie exhibitionis: sed seipsas in anima et corpore demonibus offerentes. fidem penitus sacrilego ore abnegando. Nec his contente etiam proprios aut alienos infantes demonibus offerunt aut interimunt. de quibus supra habitum ẽ. In quarta deniqꝫ specie que per phitones a phiton appolline. iuxta Isidorum qui auctor diuinandi dicitur fuisse exercetur. non per somnia aut per mortuorum allocutõnez. sed per viuos. vt in

erreptícijs. qui sic arreptia demonib⁹ vel volūtarie aut inuolūtarie ad predicandū tā. ūmodo futura: ꝛ non ad alia flagitia ꝑpetrando agitant̄ qualis fuit illa puella de qua Actu. xvj. Clamādo post apostolos ꝙ essent veri serui dei. Unde indignatus paulus imperauit spūi exire ab ea. Patz ꝙ modica sit compatio ꝑ respectū ad maleficas ꝛ eoꝝ opa. que vtiqꝫ sic ob magnitudinē facinoꝝ ꝛ enormitatē criminū. iuxͣ Isido. vtꝫ. habitū est nuncupant̄. Unde causa breuitatis de alijs minorib⁹ speciebus diuinationū hec ꝓbare non expedit vbi maiores excedere noscūtur. nam vbi predicatori placet applicare alias species vt geomantiā que fit circa corpus terrestre: vt in vngue vel in ferro vel lapide polito. Idromantiam que fit in aqua vel cristallo. Aeremātiam que fit in aere. Piromantiā que fit in igne. Arioloꝝ que in visceribus animaliū imolatoꝝ in aris demonū. Licꝫ he oēs ꝑ expressam demonū inuocationē fiant. nulla tm̄ est compatio ad maleficia maleficarū cum ad nullū nocumentū hoim iumentoꝝ ꝛ terre frugū tendūt directe. Sed ad futurorum precognitionē. De alijs etiā specieb⁹ diuinationū que cū tacita inuocatione ꝛ etiam ꝑ tacitū vt sic pactū erga demones practicant̄ vt sunt genealitici seu astrologi sic dicti ꝓpter nataliū cōsiderationes. Auruspices q̄ dies ꝛ horas obseruant. Augures q̄ gestus ꝛ garrit⁹ auiū ꝛ omen q̄ verba hoim obseruāt. Et cyromantici q̄ ex lineamētis manuū aut spatulis aialiū diuināt. Si cui placet inspiciat ꝑceptoriū Nider circa secundū preceptū ꝛ plura inueniet quō sint licita ꝛ quō non. Maleficarū vͦ opera nunqꝫ sunt licita.

Decimaseptima est declaratiua quartedecime grauitatē criminis ad peccata quecunqꝫ demonum comparando.

Sed ꝛ tanta est earū facinorū magnitudo ꝙ etiaꝫ maloꝝ angelorū pctā ꝛ ruinam excedūt. Et si in culpis quō nō etiā in infernalib⁹ supplicijs. Et h̄ q̄dem q̄ ad culpas demōstrare nō est difficile varijs rōnib⁹. Primo nā licet eius pctm̄ sit irremissibile: h̄ tm̄ non est ꝓpter magnitudinē criminis habēdo respectuꝫ ad eoꝝ naturalia. ꝛ ꝑcipue ſm opinionē illoꝝ qui dicūt eos tantū in naturalibus ꝛ nunqꝫ in gratuitis fuisse creatos. Et qꝛ bonū gratie excedit bonum nature. ideo illoꝝ pctā q̄ a statu gratie cadūt ꝑut malefice fidē susceptā in baptismo abnegātes existūt. eorum vtiqꝫ peccata excedunt. Si vͦ dicam⁹ eos ī grā fuisse creatos lꝫ nō cōfirmatos. sic etiā malefice lꝫ nō creati in grā tamē a grā sponte ceciderūt sicut ꝛ ille volens peccauit. Secūdo demonstrat̄. Naꝫ lꝫ eius pctm̄ sit irremissibile varijs ꝺ causis alijs. puta ſm Aug⁹. qꝛ nullo suggerente peccauit. ideo etiā nullo reparante redire debet. Uel qꝛ ſm Dama. contra dei formā intellectu peccauit. ꝛ cognitio quāto est nobilior tāto peior est error. Seruus em̄ sciens voluntatem dn̄i sui ꝛc̄. Uel iterū ſm eundem Dam. qꝛ nō est susceptibilis penitētie. ideo nec venie. ꝛ h̄ ex natura sua. que qꝛ spūalis tātūmodo est semel vertibilis. eo ꝙ se totam cōuertit ꝙ in homie non fit vbi caro sp̄ repugnat spūi. Uel iterū qꝛ excelso loco peccauit vt in celo hō aūt in terra. His tm̄ non obstantib⁹ eius culpa in multis alijs minorat̄ cōparatiue ad maleficiarū flagitia. Primo in hoc ꝙ ille iuxta Anselmū in q̄dam oratione nulla precedente delicti vindicta superbiens peccauit. Malefi-

ce vo post tantas penas sepe multis alijs maleficijs inflictas imo et post penas quas pcipiunt in ecclesia dyabolo occasione sue ruine inflictas omia hec cōtemnūt et nō ad minima pctā mortalia vt ceteri pctōres qui ex infirmitate aut malicia absq habitu malicie peccant. Sz ex pfunda cordis malicia ad horrenda flagitia pperant. Secūdo qr licet triplex sit status mali angeli. Innocentie Culpe et Miserie seu Pene. Ipse tñ sic ab innocentia semel tantuz cecidit et q ad illam nunq restitutus fuit. Peccator aūt ad innocentiam p baptismū restitutus iterū ab illo cadens multū profundat. Et sup oēs ipse malefice vt earū flagitia demonstrāt. Tercio ille ꝯ creatorē: nos āt et sup oēs ipe malefice cōtra creatorē et redemptorez etc. Quarto ille dereliquit deū pmittētem videlicz eū peccare et non ex pietate cū psequentē. nos autē sup oēs ipse malifice peccatis elongamur a deo pmittente et ex pietate nos continuo psequente et beneficijs plimis nos puenientem. Quinto ille prestat in malicia deo reprobante et suā grām non apponente nos miseri currimus in illā maliciam deo cōtinuo reuocante. Sexto ille manet obduratus ad punientez nos obdurati ad blandientē Et si ambo cōtra deū tñ ille contra se requirentē nos cōtra p nobis morientē. quē vt pmisimus sup omēs malefice dehonestantes offendūt.

Solutiones argumentorum etiam declarant veritatem per cōparationē.

Ad argumēta. Ad primū ptz respōsio p ea que in principio corporis questionis tacta sūt. Vnde vicz aliqd peccatum debeat censeri grauius altero. et quō pctā maleficarū grauiora cunctis q ad culpaz existunt Ad aliud q ad penam. Dicendū q sic culpa ade ita et eius pena dupliciter consideratur. vel quo ad psonam vel quo ad naturam totā vicz posteritatē ex eo secutam. Primo modo. Sicut maiora pctā fuerūt post eū perpetrata. qr videlicet ipe solūmodo peccauit faciendo illud qd erat malū nō sm se sz qr phibitū. Fornicationes vo adulteria et homicidia. vtroq modo mala sūt scz sm se: et qr phibita ideo etiā grauior pena eis debetur. Secūdo vo modo. lz maxima pena primū pctm secuta ē. hoc tñ ē p indirectū inqtū vicz p eū tota posteritas originali pctō fuit ifecta. eo q ipse primus parens oim p qbus oibus solus filius dei satisfacere potuit potentia ordinata. Pro suo aūt psonali meritare diuina gratia penituit et saluatus pus solutionē factā p xpm. incōpabiliter aūt pctā maleficarū excedūt i grauitate. nō ɔtente de suis psonalibus peccatis et pditōibus cū etiā innumeras alias pus se cōtinue trahūt. Ad terciū dicēdū ex phabitis q h fuit p accidens in pctō ade q maiorē lesionē intulit. Et h vicz q naturā integrā inuenit et q corruptā necessario nō volūtarie transfūdere habuit. vñ nō sequitur q suū peccatū simpliciter grauius ceteris fuit. Tum etiā qr hec idē etiā seqntia pctā fecissēt si tatē naturā inuenissent. sicut sm mortale pctm nō priuat grāz eo q illā non īuenit. puaret aūt si illā īueniret. Hec est solutio scti Tho. in. ij. dist. xxj. art. ij in solutōe scdi argumēti: quā solutionē si qs ad plenū vult intelligere hz cōsiderare q adam originalē iusticiā si pstitisset nō trāsfudisset in posteros put Ansel. opinabatur. qr etiā aliqs pus eū peccare potuisset videbantur dctā docto. di. xx. An pueri mox nati fuissent in gratia confirmati. Itez qnolibe. cj. An idē qui nunc saluantur homies saluati fuissent si adam non peccasset.

Sequitur mod⁹ predicandi contra quinqz argumēta laicoꝝ quib⁹ ꝓbare videntur sparsim ꝙ deus ꝑmittit tātā ꝑtātē dyabolo ꝛ maleficis circa huiusmodi maleficia inferēda Qō. xviij

Sit deniqz ꝑdicator ꝓuidus sup certa argumenta laicoꝝ vel etiā ꝑitoꝝ quoꝝūdā q̄ intantū maleficas esse negāt ꝙ lꝫ maliciā ꝛ potentiā demonis ad inferēdū ex suo desiderio hmōi mala ꝓcedāt diuinā tñ ꝑmissionē sibi ꝯdescēdētē negant. Nec volūt ꝙ deus talia fieri permittat. ꝛ lꝫ modū arguendi nō habeāt ꝛ in tenebris sicut ceci palpitant. iam vnū iā alterū mediū tangēdo. opus tñ est eoꝝ assertiōes ad quinqz argumenta reducere. Ex qb⁹ vtiqz oēs eoꝝ cauillationes ꝓcedere pn̄t. Et primo ꝙ deus nō ꝑmittat dyabolo sb̄ tanta potestate seuire in homines.

do ꝙ succubus demon ab homine sce
lerato semen decidat qui si est proprius
illi homini deputatus et noluerit se in
cubū facere ad maleficam tradet illud
semen demoni mulieri seu malefice de
putatus. et ille sub certa constellatōne
sibi deseruiente vt talis genit⁹ vel geni
ta fortis viribus ad peragenda malefi
cia persistit se incubuȝ malefice faciet.
Nec obstat ꝙ illi de quib⁹ textus loq̄-
tur non fuerint malefici: sed tantūmo-
do gigantes et viri famosi et potentes
quia vt superi⁹ dictū est: maleficia non
fuerūt perpetrata tempe legis nature
et hoc propter recentē memoriā creati
onis mūdi. Unde idolatria locuȝ ha-
bere non potuit. Iam aūt malicia ho-
minū excrescente dyabol⁹ maioreȝ ad
seminandum hoc gen⁹ ꝑfidie repperit
oportunitatē. Sed neq̧ illi termini in
bonū virtutis intelligi possunt vbi illi
asseruntur fuisse viri famosi dicebant-
tur.

An semper cum decisione se minis incubus demon maleficam aggreditur.

Ad illud etiaȝ vbi querit. An sē
cū infusione seminis ⁊c̄. Respō
det cū mille nocēdi habeat mo-
dos et artes vtpote qui a principio ru-
ine sue conatur ecclesie vnitateȝ rescin
dere et humanū genus omnib⁹ modis
auertere. xvj. q. ij. Ideo de istis regula
infallibilis non potest dari: sed proba-
bilis distinctio videlicet ꝙ aut malefi-
ca s. annosa est et sterilis aut non. Si sic
tūc vtiq̧ absq̧ seminis decisione cū ad
nihilū valeret et demon in suis operi-
bus etiaȝ q̄ntum potest superfluitatem
subterfugit sicut et natura maleficā ag
greditur. Uel et̄ sterilis non sit tñ de-
lectatōnis causa ex parte malefice cau
sande ipsam aggredit. Si vero ad im-
pregnationē disposita tunc si cōmode
semen a viro decisum habere potest cū
illo ipsam aggredere ob infectionē ꝓ-
lis non differt. Uerum si quis quere-
ret an semen emissum per nocturnam
pollutionē ita culligere posset sicut de
cisum per actum carnalem. Ad hoc ꝓ
babilis potest dari ratio ꝙ non licet a-
lijs videri potest oppositum. Naȝ attē
to ꝙ demones vt premissum est virtu-
tem seminis generatiuā attendūt. et ta
lis vis in semine per actū carnalē am-
plius effundit ⁊ ꝯseruat scindit semen
per pollutionē nocturnā emissaȝ tātū-
modo ex superfluo humore ⁊ nō cum
tanta vi generatiua descindit. Iō cum
eo se min⁹ exercere ad generatōeȝ pro-
lis credit nisi fortassis vim illaȝ adesse
semini intelligeret. Sed ⁊ hoc oino ne
gare non possum⁹ ꝙ malefica marita-
ta ⁊ ꝑ maritū impregnata etiā ꝑ cōmi-

ptionem alterius seminis incubus de-
mon aceptum inficere pōt.

An potius vno tempore q̄ᵹ al tero et similiter de loco.

Ad illud an obseruat tempora ⁊
loca. Dicendū q̄ vltra obseruā-
tiam tempoꝝ quo ad ꝯstellatio
nes quas obseruat quādo ad prolis in
fectionē operat. Obseruat etiam certa
tempa quando non infectōnis: sed ve-
neree voluptatis causa ex parte malefi
ce exercēde agitat. et sunt sacratiora to
tius anni tempa vt natalis xp̄i pascha
lis ⁊ penthecosten solennitatib⁹ ⁊ alijs
festiuis diebus. Et hoc faciunt triplici
ex causa. Primo vt sic malefici nō so-
lum perfidi per apostasiā a fide verum
etiā sacrilegij viciū incurrāt in quibus
ipsi demones delectant vt ipse creator
ampli⁹ offendant et graui⁹ in proprijs
animab⁹ malefice condemnent. Secū
da causa q̄ cum deus sic graui⁹ offen-
dit eis maiorē potestatē seuiendi i ho-
mines et puniendi illos siue in reb⁹ si-
ue in corporib⁹ etiā innoxios relinq̄nt.
Et eni dicit filius nō portabit iniqui-
tatem patris ⁊c. intelligit quo ad eter-
nam punitionē. temporali aūt sepissi-
me innoxij ꝓpter aliorū facinora affli-
ctione puniunt. Unde et alibi de⁹ cla-
mat. Ego deus fortis ⁊ zelotes visitās
pctā parentū in terciā ⁊ quartā genera
tionē. Talis et punitio patuit in filijs
sodomitaꝝ submersis ꝓpter parentum
scelera. Tercia causa vt maiori oportu
nitate plures ruere faciāt presertim iu
uenculas que festiuis dieb⁹ ocio ⁊ curi
ositatibus dū amplius insistūt eo faci
lius a maleficis vetulis seducant pro-
ut in terra natiuitatis vnius ex his inq
sitoribus cum duo simus hoc op⁹ col-
ligentes contigit. Nam iuuencula que-
dam et virgo deuota sollicitata festiuo
die ab vna vetula vt secum per gradus
ad camerā ascenderet eo q̄ certi iuue-
nes pulcherrimi ibidem essent inclusi
et dū illa annueret ascendentib⁹ simul
vetula p̄cedente iniūxit iuuencule ne se
signo crucis muniret. Et licet illa ānu-
isset occulte tamen signo illo muniuit
qua ex re ꝯtigit vt dum ascendissent et
virgo neminē ꝯspexissꝫ eo q̄ demones
ibidem existentes suā p̄ntiaꝫ in assum-
ptis corporib⁹ illi virgini nequibāt osi-
dere. Vetula maledicendo virgini di-
xit. Uadas in noīe omniū dyaboloꝝ
cur te signasti. Hec ex confessione pu-
ra illius virginis collegi. Potest ⁊ ad-
disquarta causa vt sic facilius homies
seducāt. qui dum ꝯsiderant q̄ talia eis
a deo sacratiorib⁹ tempib⁹ fieri ꝑmittū-
tur non estiment illa tam grauia eē si-
cut si illis tempib⁹ nequirēt facere. De
loco vero an plus in locis certis se ex-
ercent. Dicendum q̄ ex verbis factisq̄ꝫ
maleficarꝫ constat q̄ spurcicias illas
oīno in locis sacris exercere nō possūt.
Qua i re ꝑpendit efficacia angelice cu
stodie ob reuerentiā illius loci. ⁊ quod
amplius est. asserunt se nunq̄ꝫ habere
pacē nisi tempe diuinoꝝ cuꝫ presentes
fuerint in ecclesia. ⁊ ideo citius et tardi
us ingrediunt ⁊ egrediuntur. licet alia
pessima certa cerimonialia habent ad
instructōnem demonū obseruare vt vi
delicet tempe eleuatōnis in terrā spue-
re. seu cogitatiōes nephandissimas ꝑ
verba aut sine verbis ꝓponere vt vtinā
esses in tali vel tali loco. put iaꝫ in scđa
parte tangetur.

An visibiliter sicut ex parte malefice ita etiam quo ad cir- cumstantes se mutuo agitant.

Ad illud an visibiliter vel inuisi
bilit hmōi spurcicias agāt mu-
tuo dicendū quantuꝫ expientia
nos edocuit q̄ licet sp visibiliter ex pte
malefice demon incub⁹ opet: ita q̄ nō

est necessariū inuisibiliter propter federatū pactū τ expssium ei appropinq̄re. Tñ quo ad circumstantes sepi⁹ ipse malefice supine iacentes in agris seu siluis vise sunt τ denudate supra vmbilicum. Et iuxta dispositōnez illi⁹ spurcicie coaptatis mēbris tibijs τ cruribus se agitantes demonib⁹ incubis inuisibiliter ibidem q̄ ad circūstantes coope rantib⁹. licet in fine actus vapor nigerrim⁹ in longitudine hōis sursū a malefica in aerem eleuabat: sed hoc rarissime. Et qua de cā nouit ille mille artifex vt iuuenculaꝝ circūstantiā vel aliorum hoim mentes valeat aut allicere aut immutare de quib⁹ gestis τ qualiter in plerisq̄ locis tam in oppido rauenspurg q̄ꝫ etiā in dominio nobilium de Koppelstain. et certis alijs terris talia sunt pacta in scōa pte patebit. Sꝫ et hꝫ ptigisse certū est q̄ maritis visibilit̄ interdum cernentib⁹ incubos demones. quos tñ non demones sed viros putabant cum eoꝝ vxorib⁹ talia pagere duꝫ arma arriperēt τ transfodere volebant subito demon disparuit se inuisibilem faciendo. vñ τ mulierib⁹ manus et brachia obijcientib⁹: licet interdū lesi fuissent. ipsos tñ viros obiurgantes an ne oculos haberent aut si a demonib⁹ obsessi forent deridebāt.

Q. non solum demones incubi mulieres et eoꝝ spurcicijs procreatis aut eis obstetricib⁹ oblatas infestant. sed quascunq̄ꝫ indifferēter cum maiori vel minori venerea delectatōne.

Finaliter vero concludendo dici potest ipsos demones incubos non tantuꝫ mulieribus ex eoꝝ spurcicijs progenitis aut eis obstetricibus oblatis fore infestos: sed toto conatu in quascunq̄ sanctiores virgines illius terre aut oppidi per ipsas maleficas seductrices aut coplatrices anhelare. Hoc enim experientia reruꝫ magistra edocuit vbi in oppido rauenspurg certe combuste ante finalez sententiam. Huic simile asseruerūt quod eis ab earum magistris iniunctum fuisset omni conatu debere in subuersionem sanctarum virginum et viduaruꝫ labore. Et de veneres delectatione an maior sit vel minor cuꝫ incubis demonibus in corpore assumpto quam ceteris partibus cum viris in corpore vero dicendū. Videtur q̄ licet naturalis ordo hoc minus excusat quin maior sit vbi simile suo simili alludit. tamē mille ille artifex vbi debita actiua debitis passiuis: licet non in natura tamē sub qualitatibus in calore: vel temperamēto aliquo coniungit vtiq̄ non minorē excitare videtur ɔcupiscentiam. sed de his in sequentibus latius quo ad conditionem sexus feminei declarabit.

De modo generali quo per sacramenra ecclesie sua maleficia malefice exercēt: Et de modo quo vim generatiuā impedire solent. seu etiā alios defectus super quascūq̄ꝫ creaturas demptis corporib⁹ celestib⁹.

Capitulum quintū.

Iam autē qualiter alias creaturas in vtroq̄ sexu et terre fruges inficiunt. plura sunt super modos agendi aduertenda. Et primo qualiter homines. deinum qualiter bestias. tercio qualiter terre fruges. Ex parte hominis. primo qualiter vim generatiuaꝫ seu etiā actū venereum ne mulier concipere: aut vir actuꝫ exercere valeat maleficijs impediunt. Secundo qualiter actus ille

impeditur respectu vnius mulieris interdum et non alterius. Tercio qualiter membra virilia auferunt quasi omnino sint a corporib⁹ euulsa. Quarto quomodo si aliquid premissoꝝ contingeret potentia demonis inferente ꝑ se non ꝑ maleficam posset discerni. Quinto quomodo malefice homines vtriusqꝫ sexus in bestias ꝑstigiosa arte transmutant. Sexto quomodo obstetrices malefice conceptibus in vtero matris diuersis modis interimũt. ⁊ vbi h̄ non faciũt demonibus infantes offerũt. Et ne hec quasi incredibilia putarentur. Ideo in prima parte operis per questiones et argumentoꝝ solutões sunt decisa. Ad quas si opus sit dubi⁹ lector ꝑ inuestiganda veritate recurrere potest Ad p̄sens tantũmodo acta ⁊ gesta per nos reperta. siue etiam ab alijs conscripta in detestatiõeꝫ tanti criminis sunt deducenda vt priores questõnes si fortassis alicui difficiles ad intelligenduꝫ forent. Ex his que in hac scđa ꝑte tradunt fidem capiat: ⁊ ab errore resiliat. quo nullam maleficam esse. aut nullũ maleficiũ posse fieri in mundo estimauit. Unde primo notandum ꝙ cũ sex modis homines ledere possunt absqꝫ modis quibus alias creaturas ledũt. Et vnus sit quo amore maluꝫ ingerũt viro alicui ad mulierez vel mulieri ad virum. Alius quo odium vel inuidiaꝫ in aliquo seminare procurant. Terci⁹ in his qui maleficiati dicunt. Ne vi generatiua vti valeant ad feminaꝫ vel viceuersa femelle ad virum vel etiã alijs modis aborsum procurando vt supra tactum est. Quartus cum in membro aliquo hominez egrotare faciũt. Quintus cum vita priuant. Sextus cũ vsuꝫ rationis auferunt. Et fateri cum hoc oportet ꝙ in omni genere rerum: demptis corporibus celestibus veros defectus et veras infirmitates. licet non veras sanitates ex virtute naturali inferre possunt: et hoc ex potenti virtute naturali et spirituali qua corporali quacunqꝫ eminent virtute. Nulla etiaꝫ infirmitas cum altera concordat: seu etiam defectus naturalis vbi infirmitas desit. ideo diuersis medijs vtiqꝫ ad diuersas infirmitates et defectus procedunt. De quibus aliqua quantum necessitas postulat in medium producamus prius tamen ne animus lectoris maneat suspẽsus cur supra corpora celestia aliquam immutationem facere non possunt. Dicemus triplicem esse causam. Prima quia super eas etiam quo ad locum penalem existũt qui locus est aer caliginosus. et hoc propter ipsorum officium eis deputatus: vide supra in prima parte tractatus in questione secunda de incubis demonibus Secunda causa. quia corpora celestia mouentur a bonis angelis. vide in plerisqꝫ locis de motoribus orbium. precipue sanctum Thomaꝫ in prima parte. q. cx. in quo concordant philosophi cum theologis. Tercia causa ꝓpter vniuersale regimen: et commune bonum vniuersi cui detraheret in generali. si malis ꝑmitteret spiritibus in illa corpora celestia aliq̄s immutatõnes causare. Unde ⁊ ille imutatõnes miraculose facte in ve. aut no. testa. a deo ꝑ eoruꝫ motores. seu angelos bonos facte sunt vt in statõe solis sub iosue. Retrogradatõne sub ezechie obscuratõe in naturali in passione xp̄i. In om̄ib⁹ aũt ex post elementis ⁊ elemẽtatis sua maleficia deo ꝑmittente: ⁊ ꝑ se absqꝫ maleficis ⁊ cũ maleficis exercere pñt. Et đ facto exercere nõ cessant vt patebit. Scđo notandũ ꝙ in omnibus modis maleficiandi. vt plurimũ semꝑ maleficas inmãt. vt instrumenta sue malicie per sa

cramenta seu sacramentalia eccl'ie. vel
per quecūq; diuina: seu deo consecra-
ta efficiant vt quando imagines cereaz
sub palla altaris ad tempus ponūt: vl'
per crisma sacrum filum trahūt: vel ex
quibuscūq; rebus consecratis. Et hoc
quidem triplici ratione. sicut etiam ꝙ
sanctioribꝰ anni temporibus: et preci-
pue circa aduentū domini: ⁊ festa nata
lia sua maleficia exercere solēt. Pri-
mo vt non solū homines per talia per
fidi fiant: sed etiā sacrilegi diuina quā
tū in eis est contaminanda. Et sic plus
deū creatorē suū offendant intimiꝰ ani
mas proprias condemnent: et plures
in pctā ruere faciant. Secundo vt
deus sic grauiter per homies offensus
demoni maiorē potestatē in homines
seuiendi relinquat. Sic etiā Gregoriꝰ
dicit ꝙ malis interdū iuxta eorum de-
sideria: et petitōnes concedit. iratusq;
aliīs denegat propicius. Tercio vt
sic sub specie bonis apparentis plures
simplicis facilius decipiat quando p
tacta diuinis rebus putant aliquid nu
minis a deo obtinuisse vbi solū maio-
ra pctā sunt commissa. Potest et addi
quarta ratio super sacratiora tempora
et principiū anni. Naz quia festa plus
frangunt peccatis mortalibus ꝙ me-
chanicis operibus. Iuxta Augꝰ. in li.
de decez cordis. Superstitio autem et
maleficia de maximis seruilibꝰ operi-
bus demonis est contra diuinā reuerē
tiā. Ideo vt dictū est homines profun
dius cadere facit ⁊ creatorē amplius of
fendit. Et super principiū anni dicere
possumus. Iuxta ysidor li. viij. Ethi.
ca. ij. ꝙ sicut Janus a quo ianuariꝰ mē
sis dictus est. qui et in die circumcisio
nis incipit idolū fuit diuersis faciebus
confictum. vna tanq; esset finis anni p
cedentis. et alia tanq; esset principium
futuri: et vt imminentis anni esset pro
tector et fortunatus auctor. in eius re-
uerentiam sed potius demonis in ido
lo faciebant pagani varias cōmotōnes
luxuriosas: et strennas et iocalia sibi
mutuo tradiderūt. choreas varias du-
xerunt: menses prepararuerūt. de qui-
bus mentio fit per beatuz Augustinū.
in multis locis et fere per totum recitā
tur. xxvj. q. variīs. Et sicut iaz mali cri-
stiani has corruptelas imitantur. licet
quo ad lasciuiam sint translata ab eis
ad tempora carnispriuij quando cum
laruis et ludis et aliīs superstitionibꝰ
discurrunt. Ita et nūc malefice his p-
suasionibus a demonibus in ipsorum
complacentiam circa principiuz anni
quo ad diuinum officium et cultuz. vt
festum Andree et festa natalia Christi
existunt sua maleficia exercent. Et qui
dem iam in speciali qualiter per sacra
menta primo. Demuz qualiter per sa-
cramentalia talia exercent aliqua no-
uiter facta: et a nobis per inquisitōem
reperta referamus. Et oppiduz quod
nominare non expedit: quia ordo cha
ritatis et ratiōis imperat et suadet: vbi
malefica corpus dominicū sumpsit et
declinans subito vt detestabilis modꝰ
est mulierum peplum ori adhibuit ⁊ i
panniculū dominicū corpus extrahē-
do inuoluit. et in ollā in qua bufo erat
sic a dyabolo informata proiecit ⁊ sub
terra in stabulum prope horreum do-
mus sue occultauit cuz aliīs plurimis
rebus adiunctis ex quibus sua malefi
cia exercere habuisset. Sed assistente
diuina pietate tantū facinus detectum
ad lucem peruenit. Nam sequenti die
mercennario quodam causa sui labo-
ris prope stabulū iter faciente vocem
quasi cuiusdam infantis eiulantis au-
diuit. et quanto propius accessit vsq;
dū ad pauimentū sub q olla abscōdita
erat pcussit tanto clariꝰ audiuit: et esti-
mās infantē aliquē a muliere sbtumu
latū sculteū seu psidentē accessit, ⁊ rez

gestam sua estimatione a paricida per petratam narrauit: qui cito missis seruitoribus ita esse vt ille narrauerat repertū est: exhumare aūt puerum nolebant: ꝫ potius vt custodes a remotis positi si qua mulier accederet sano vsi consilio attendere haberēt. Nec enim dominicū corpus ibi absconditū esse nouerant: vñ ꝛ contigit vt eadem malefica locū accederet ꝛ sub pallio alijs occulte cernentibus ollam abscondit. Unde capta ꝛ questionibus exposita facinus detexit asserens dominicū corpus cum bufone in olla fuisse absconditum ex his pulueribus sua ad libitū nocumenta hominibus seu alijs creaturis inferre posset. Insuper aduertendum ꝙ hanc obseruant malefice communicantes consuetudinē vt si absq nota efficere valeant dominicum corpus sub lingua ꝛ non supra recipiant rationib⁹ his vt estimari potest vt abnegationis fidei remediū nunq̄ percipere velint nec per confessionem neq per sacramenti eucharistie perceptionem. Secūdo vt eo facilius ex ore dominicum corpus accipiat ꝑ earū vt dictum est vsibus applicandū in maiorem creatoris offensā. Quare ꝛ omniū ecclesie rectoribus ꝛ populum cōmunicantib⁹ semper iniungitur summam adhibere diligentiam vt plurimum aperto ore ꝛ lingua bene extensa cum amotione pepli mulieres communicēt. Et quanto maior adhibetur diligentia tanto plures malefice ꝑ hūc modum notantur. De alijs rebus sacramentalibus innumeras exercēt superstitiones. Interdum imagines cereas quandoq res aromaticas sub palla altaris vt supra tactum est ponētes ꝛ sub limine domus occultantibus vt per transitum ille pro quo positum est maleficiatur. Innumera possent deduci: ꝫ hec minima per maiora maleficia approbantur.

De modo quo vim generatiuam impedire solent.

Capitulū. vj.

De modo autem quo vim generatiuam impedire solent tam in hominib⁹ q̄ in iumentis etiam in vtroq sexu. Potest lector ex his que supra tacta sunt in questione An demones ꝑ ipsas maleficas mentes hominū ad amorē vel odium immutare valeant. Ubi p⁹ solutiones argumentorū specialis fit declaratio de modo quo vim generatiuam impedire valeant deo permittente. Ubi tamen notandum ꝙ tale impedimentum ab intrinseco ꝛ ab extrinseco practicatur. Intrinsece autem fit ab eis dupliciter. Primo vbi rigorē mēbri pro fructificatione accomoda directe reprimunt. Nec hoc videatur impossibile cum ꝛ motum alias naturalem in aliquo membro impedire possunt. Secundo vbi missionem spirituum ad mēbra in quibus est virtus motiua prohibent quasi intercludendo vias seminis ne ad vasa generotionis descendat vel ne excidatur vel emittatur. Extrinsece procurant interdum ꝑ imagines vel ex herbarum cōmestionib⁹. Interdum per alias res exteriores puta ex gallorū testiculis vel ex herbarū cōmestionibus. Non tñ credendū est ꝙ vtute illarū rerum vir impotēs reddatur ꝫ occulta virtute demonum illudentem hmōi maleficas per huiusmodi vim generatiuā ne videlicet vir coire aut mulier cōcipere valeat maleficiare possunt. Et huius ratio est ꝙ pl⁹ ꝑmittit de⁹ sup hūc actū ꝑ quē primum pctm̄ diffūdit q̄ super alios actus hūanos: sic ꝛ sup serpentes q̄ magis incātationibus deseruiunt q̄ alia animalia

Vñ et pluries a nobis et ab aliis inquisitoribus repertum est q per serpêtes aut per cutem serpentis hmôi impedimenta intulerunt. Nã quidam captus maleficus fassus fuerat q multis ãnis sterilitatem tam in hoibus q̃ in iumẽtis quandã domũ inhabitantibus per maleficũ intulisset. Nider insuper vbi supra refert quendam maleficũ nomie Stadlin in diocesi Lausanensi captũ q̇ et fassus fuerat q in certa domo vbi vir et vxor simul permanebant per sua maleficia successiue in vtero vxoris viri septem infantes occidisse. Ita vt semper aborsuz fecerat femina annis multis. Sic fecerat in eadem domo omnibus pecoribus et iumentis fetosis q̇rum nullum viuũ partuz edidit in eisdem annis. Et cum maleficus questionaret qualiter talia pcurasset: aut quõ reus esse posset: facinus aperuit dicẽs Subter limen hostij domus serpentẽ posui qui si amouebitur fecũditas inhabitantibus restituetur: et sicut predixit ita euenit. Nam licet serpens non fuisset inuentus quia in pulueres redactus terrã tamen omnino asportabãt. Et eodez anno vxori et omnibus iumẽtis fecũditas restituta fuit. Aliud deniq factum in Richshofen paucis et vix quatuor annis elapsis contigit: famosissima quedaz malefica erat vtpote q̃ solo tactu et omni hora maleficiare et aborsũ procurare sciebat. In quo duz vxor cuiusdam potentis impregnata esset et ob sui custodiam quandam obstetricem ad se recepisset: auisataq ab eadem obstatrice fuisset ne castruz exiret: et q precipue a colloquio et conuersatione illius malefice supradicte se caueret. Post aliq̃s septimanas imemor illius auisamenti castrũ exiẽs quasdã mulieres cõgregatas in quodã conuiuio visitãdi grã accessit: vbi cũ paululum resedisset malefica superuenit et ipsam dñam quasi salutationis gratia super ventrẽ ambabus manibus tetigit: et subito puerũ se dolorose mouentem persensit. Vñ territa vbi ad pprã rediit et rem gestã obstetrici narrasset. Heu inquiens iam puerũ perdidistis exclamauit: et vt pdixit in partu contigit. Nã nec aborsum integrũ sz paulatim frusta iam capitis iamq pedum et manuũ peperit. Magna vtiq ex diuina pmissione castigatio in penam eius videlicet mariti qui tales maleficas punire et iniurias creatoris vlcisci deberz.

Fuit et in oppido merspurg pstantiensis diocesis quidam iuuenis intantuz maleficatus q nullũ actum carnalem cuz aliqua dempta vna exercere poterat. Multis etiaz audientibus retulit q sepissime duz eam declinare et alias terras inhabitare et fugam capere volebat. Adhuc interdum nocturno tpe assurgẽ et festine cursu velocissimo: iaz per terrã iã per aerem quasi volãdo redire solebat.

De modo quo membra virilia auferre solent.

Capitulum. vij.

Sed et hoc q9 mẽbra virilia auferre solent: nõ quidez in rerum veritate corpora humana illis spoliando: sz prestigiosa arte occultando vt supra in questione desuper tacta declaratũ est aliq̃ gesta in mediuz pducamus. In oppido nãq reuenspurg iuuenis quidã iuuencule adhesit quã relinquere volẽs membz virile pdidit pstigiosa vtiq arte vt nihil videre aut tangere pter planũ corpus posset. Anxius inde cellare quoddã adiit vt vinũ emeret et paululũ residẽs mulieri cui alteri supuenienti causam tristicie sue apiendo singula enarrauit: et ita esse corpe demõstrabat

Astuta illa an ne aliquā suspectaʒ haberet inq̄siuit. Et ille vtiq; talē ipaʒ denominando ꝛ rē gestā narrando manifestauit. Et illa. Expedit vt per violentiam aliquā vbi beneuolentia tibi non suffragatur ꝓ acq̄renda sanitate ipam inducas. At iuuenis in crepusculo noctis viā quā ptransire malefica solebat obseruauit ꝛ ipam reperiens duʒ ꝓ sanitate corpis sibi reddēda supplicaret ꝛ illa se innoxiā nec quicq; scire asserere ret ipam inuadēdo manutergiū quoddam ad collū fortiter cōprimendo strixit dicens. Nisi mihi sanitatē restitues de manibus meis pibis. Vñ illa quia clamare non poterat et iam facies tumefacta nigrescebat. Sine inq̄t me liberam ꝛ te sanabo. Et iuuenis duʒ nodum seu stricturā laxasset malefica manu ipm inter femora seu coxas tetigit dicens: iaʒ habes qđ desideras. Et iuuenis vt postmodū referebat notabiliter persenserat anteq; visu aut tactu se ipm certificasset membrū sibi ex tactu dūtaxat malefice fuisse restitutum. Simile. Venerand⁹ quidā pater honestate vite ꝛ scientia preclarus in ordine ꝛ conuentu Spirensi referre solet. Quadā inq̄t die dū confessionū audiētie instarē. Iuuenis q̄dam accessit ꝛ int̄ verba cōfessionis membꝝ virile lamentabiliter se pdidisse asseruit. Ammirans ego pater ꝛ verbis suis faciliter credere nolens eo q̄ leuis corde q̄ facile credit a sapiente iudicat̄. Experientia didici p visum nihil cernendo dū iuuenis locū vestes detegendo demonstrasset: vñ in me sanoq; cōsilio vsus An ne aliquā haberet suspectā q̄ ei tale maleficium intulisset inq̄siui: ꝛ iuuenis vnaʒ se habere suspectā ꝫ absentē ꝛ i vuormacia residentē asseruit. Tūc ego hec tibi iniūgo q̄ntotius ipam accedas ꝛ pmissionibus ac blādis vbis ꝓ posse ipam emollire studeas: qđ ꝛ fec. Nā p⁹ paucos dies reuersus est gr̄as mihi referēs se sanū ꝛ cūcta recuperasse asseruit: et sic vbis credidi expientia tñ visus certificat⁹ denuo. Sūt tñ ꝛ hic aliq̄ua notāda ad intelligendū clari⁹ q̄ supra de eadē materia tacta sunt. Primo q̄ nullo modo credendū est talia mēbra euelli aut segregari a corpib⁹: ꝫ arte pstigiosa p demonē vt nec videri aut tangi valeant occultari. Et h̄ auctate ꝛ ratione licet supra tactuʒ sit vbi Alexander de ales parte secunda dicit. Prestigium ꝓprie sumptū est illa illusio demonis que non habet causam ex parte mutationis rei: ꝫ solūmodo ex parte cognoscentis qui deluditur: siue q̄ntū ad interiores sensus siue quantū ad exteriores. Super hec tamen verba notandū q̄ hic illuduntur sensus duo exteriores scilicet visus ꝛ tactus ꝛ non interiores vt sunt sensus cōmunis fantasia imaginatiua extimatiua ꝛ memoria. Licet sanctus Thomas tantūmodo ponat quatuor vt supra tactum est. Eo q̄ fantasiam ꝛ imaginatiuam ponit vnam ꝛ bene: pauca enim differentia est inter imaginari ꝛ fantisari. Thomas in prima pte. q. lxxix. Et hij sensus imutant̄ ꝛ nō exteriores soluʒ q̄n nihil occultat̄ vel manifestat̄ vel vigilando vl' dormiendo. Vigilando vt dum res aliter vi det̄ q̄ in se sit: vt cū quis videt aliqueʒ equū cum assessore deuorantēʒ: aut in bestiam esse hominem transformatuʒ aut seipm bestiā esse ꝛ cum bestijs debere incedere estimantē: tūc eñ sensus exteriores deludunt̄ ꝛ occupant̄ per interiores: quia virtute demonū species sensibiles diu dum reseruare in thesauro speciez sensibilium vt est memoria non illa intellectiua in q̄ spēs intelligibiles pseruant̄: ꝫ memoria q̄ est conseruatrix spērum sensibiliū q̄ etiā est i posteriori parte capitis educunt̄ vtute demonū deo interdū pmittēte ad sensuʒ

cõmunem imaginatiuã. Et tam fortiꝝ imprimunꝝ ꝙ sicut necesse habet imaginare equũ vel bestiã per impetuosũ actuȝ quo demon educit de memoria speciem equi vel bestie: ita necesse habet estimare se videre per oculos exteriores tantum talem bestiam que iure ab extra non est bestia ȝ per impetuosam demonis opationem mediantibꝰ illis spẽbus sic videtur. Nec mirũ videatur ꝙ demones possunt: cum ꝛ natura hoc facere potest etiã defectuosa vt patet in freneticis: melãcolicis: maniacis ꝛ ebrijs aliquibus qui non possunt discernere. Et frenetici putant se mira vidisse ꝛ videre bestias ꝛ alia horrenda cum tamen nihil sit in reruȝ veritate. Vide supra i questione An malefice mentes hominũ ad amorem vel odiuȝ possunt immutare vbi plura notantur. Est demum ꝛ ratio in se clara. Nam cum demon habeat quandã potestatem super quasdam res inferiores excipiendo tantũmodo animaȝ. Ideo potest ꝛ circa istas res aliquas immutationes facere quãdo deꝰ sinit vt res appareant aliter ꝙ̃ sint. Et hoc vt dixi aut turbando aut illudendo organum visus vt res clara videatur nubilosa: sicut etiam post fletum ꝓpter humores collectos lumen aliter apparet ꝙ̃ ante Vel operando in imaginatiuam potentiam ꝑ transmutationem specieruȝ sensibilium vt dictuȝ est: vel humores varios mouendo vt appareant ignea vel aquea que sunt terrestria vel sicca vt quidam faciunt ꝙ omnes in habitatione aliqua habent se vestimẽtis exuere ꝛ denudare putãtes se in aquis natare. Vlterius autem super modũ prefatum si queritur An huiusmodi illusiones indifferenter bonis ꝛ malis accidere possũt sicut vt inferius patebit corporales alie ifirmitates etiã in grã existentibus inferri a maleficis possunt,

Super quo inherẽdo verbis cassiani ꝛ cassia.ij. abbatis sireni. Dicendũ est ꝙ nõ. Vnde oẽs isti qui sic illudunꝝ ꝑsumunꝝ in peccatis mortalibꝰ esse: dicit eñ. Ex verbis anthonij patet demonẽ nullatenus posse mentem cuiusꝙ̃ vel corpus inuadere nec habere facultatẽ in cuiuslibet animaȝ penitus irruendi nisi eã primo destituerit oĩbus cogitationibus sanctis ac spirituali contemplatione vacuã nudamꝙ̃ reddiderit. Cõcordat cũ eo quod philosophia primo de consolatiõe ad Boetiũ tangit. Talia tibi contuleramus arma que nisi ꝑor abiecisses inuicta te firmitate tuerentur. Vñ Cassianus ibidẽ refert de duobus maleficis paganis qui differẽtes in malicia successiue per sua maleficia demones miserunt ad cellã beati Antonij vt cuȝ tentationibus exinde fugarent odio viri sancti infecti: eo ꝙ multitudo populi ad eũ quotidie confluebat. Qui demones licet amarissimis cogitationũ stimulis Antonium pulsarunt. Illos tñ semper repulit signo crucis fronti ꝛ pectori impresso ꝛ oration incubationibus insistendo. Ita dicere possumus ꝙ omnes qui sic a demonibus ludificantur absꝙ̃ alijs i firmitatibus corporalibus: vtiꝙ̃ diuina gratia inhabitante carent. Vñ ꝛ illud Thobie. vj. Qui libidini deseruiunt i eo diabolus accipit potestatẽ. Concordat ꝛ illud qđ supra circa ꝑmã partem tractatꝰ in questione. An malefice operanꝝ circa hoĩes in bestiales formas illos transmutando tactũ est: vbi iuuencula conuersa fuit in equã sua estimatione ꝛ omniũ eam aspicientiuȝ demꝑto sancto Machario cuiꝰ sensus diabolus illudere nõ poterat: ad queȝ ducta ꝓ sanitate cũ iã verã mulierẽ ꝛ non equã aspiceret: ꝛ econuerso oẽs alij acclamarẽt ꝙ equa eis videreꝝ. Ipẽ sanctus suis orõibꝰ eã ꝛ alios a tali illu

sione liberauit asserēs hoc ei accidisse. q2 diuinis nō vacasset nec sacramenta vt decebat sc3 confessionis ꝛ eucharistie vt decebat frequentasset. Vñ iuuenis qui ea3 de turpitudine sollicitauerat licet renuisset ex honestate tñ iude⁹ maleficus que3 iuuenis ea de causa vt iuueculā maleficiaret accesserat virtute demonis eā in equā cōuerterat. Sūmarie cōcludamus ꝙ in bonis fortune sic sunt res exteriores vt bona tēporalia: fama ꝛ sanitas corpis: licet boni ꝑ demones ꝛ sua membra ledi possint in eoꝝ meritū ꝛ ꝓbationē: sicut de beato Job patuit q̄ in talibus per demonem lesus fuit. Tamen eis inuitis sic in nullū peccatum per maleficia trahi possunt aut violentari: licet ab intra ꝛ in carne ab extra valeāt tentari. Ita etiam nec hmōi illusiones fātasticas actiue ꝛ passiue inferre possunt. Actiue vt eoꝝ sensus haberēt demones illudere sicut alioꝝ in charitate non existentiū. Passiue vt eis eoꝝ membra ꝑstigiosa illusione haberent auferre. Hec enim duo beato Job nunq̄ diabolus inferre potuisset ꝑsertim passiuū nocumentum sup actū venereū qui tante continentie erat vt dicere posset. Pepigi fedus cū oculis meis ne quidem cogitarem de virgine. A fortiori de muliere aliena: cu3 tamen super peccatores demon magnā noscit ex verbis euangelij Luce. xj. Cum fortis armatus custodit atriū suū in pace sunt omnia q̄ possidet habere potentiā. Veru3 ex his si quis quereret circa illusiones membri virilis ꝙ licet illā illusionē non posset demon existenti in gratia inferre passiue an ne posset actiue vt sc3 exñs i grā illuderet in suo visu q2 videret mēbrū annexū: cū tñ ille qui sibi estimaret ablatū nō videret annexū nec etiā alij circūstantes qđ si cōcedit videt esse ꝯtra ꝑdicta. Potest dici ꝙ q2 non tanta vis existit i damno actiuo sicut passiuo: capiendo actiuū non qui actiue intulit ꝫ qui damnū ab extra videt vt de se ptꝫ. Ideo exñs in gratia licet posset videre damnu3 alterius: ꝛ in illo demon sensus eius illuderet. Nō tñ posset sibiipsi tale dānum inferre passiue vt sc3 suo membro ꝑuaretur cū libidini non deseruit sicut per oppositū vt angel⁹ dixit Thobie. Qui libidini vacāt demoniū accipit potestatē. Quid deniq3 sētiendum sup eas maleficas qui hmōi membra in copioso interdu3 numero vt viginti vel triginta mēbra insimul ad nidū auiū vel ad aliqđ scrineū icludunt vbi ꝛ q̄si ad viuentia membra se mouent vel auenā vel pabulum cūsumenda ꝑut a multis visa sunt ꝛ communis fama refert. Dicendū ꝙ diabolica opatione ꝛ illusione cūcta exercentur: sic em̄ sensus videntiū illuduntur modis supra tactis. Retulit em̄ quidā ꝙ dum membrū ꝑdidisset ꝛ quandam maleficā cause recuperande sanitatis accessisset. Illa vt quendā arborē ascēderet infirmo iniunxit ꝛ vt de nido in quo plurima erant membra si qđ vellet accipere posset indulsit. Et cum ille magnu3 quodda3 accipere attentasset non ait malefica illud accipias ꝛ quia vni ex plebanis attineret subiūxit: hec omnia vtiq3 ꝑstigiosa illusione fieri a demonibus modis supra tactis organum visus per transmutationē specierum sensibiliū in imaginatiuam potētiam turbando. Nec em̄ oportet asserere ꝙ demones sint in assumptis sic mēbris ostendentes quemadmodum solent in assumptis corporibus ex aere maleficis ꝛ interdū hominibus apparere ꝛ cum eis conuersari. Ratio ē: q2 faciliori modo videlicet per motū interiorem localē specierū sensibiliu3 ex cōseruatoria seu memoratiuia potētia ad imaginatiuā ista facere possunt. Et

si quis dicere vellet q etiam simili modo facere possent vbi in assumptis corporib⁹ asserunt maleficis aut aliis hominibus conuersari vt videlicet tales apparitiones facerēt p transmutatōes specierum sensibiliū in imaginatiua potentiam vt hoies dum putarent demones in assumptis corpibus esse presentes: tūc non essent nisi tales speciez sensibiliū in interioribus potentiis imutationes. Dicendum q si nil altius demon ostendere vellet: nisi tantūmodo humane effigie p̄sentationē: tunc vtiq opus non esset ei in assumpto corpore apparere cum sufficienter per p̄fatam transmutationem hoc efficere posset. Nūc aūt q altiora habet exercere puta loqui cōuesci z aliis spurcitiis intendere. Ideo z ipm p̄sentem esse oportet ab extra visui realiter in assumpto corpore se obiiciendo q virtus angeli ibi est vbi opat̄ s̄m doctores. In questione vero qua querit̄. Quid si demon p se absq malefica membz virile alicui auferret. An aliqua sit differētia inter vnā ablationez z alteram. Dici potest vltra illa que tangunt̄ in p̄ma pte tractatus in questione An malefice mēbra virilia possint auferre q vbi demō per se membz auferret: tūc vere z realiter auferret: z vere z realit̄ restitueret quandocūq restituere haberet. In secundo sicut non absq lesione ita non absq dolore auferret. Tercio q nunq nisi coactus per bonū angelum hoc faceret eo q materiam sui lucri amputare haberet: nouit em̄ plura maleficia super illum actū exercere q sup alios humanos actus: sic etiā deus plus p mittit illū actū maleficiare q alios humanos actus vt supra tactum est: que singula locum non habent vbi p maleficas deo permittente operat̄. Et si dubitatur an demon plus affectat homines z creaturas per seipm ledere q p maleficas. Dici potest q nulla est cōparatio. In infinitū em̄ plus affectat p maleficas ledere. Tū quia maiorem infert deo contumeliā creaturā sibi dicatam vsurpando. Scdo q cum deus amplius offendit: amplius sibi nocendi hominibus potestas permittit̄. Tercio ppter sui lucrū quod in perditionem statuit animarum.

De modo quo malefice homines in bestiales formas trāsformant. Capitulum. viij.

Sed et hoc q⁹ malefice homines in bestiales formas virtute demonū quia talia princip aliter opat̄ transformant. Licet in prima parte operis questiōe An alia malefice valeant efficere satis sit declaratū: quia tamen aliquibus illa questio sub suis argumentis z solutionibus nimis posset esse obscura p̄sertī cū acta z gesta super hec nō sūt deducta. Modus etiā quo seipas sic trāsformāt non est expressus. Ideo p̄sens addenda est declaratio p solutōes plurimoz dubioz. Et primo q canon ille xxvj.q.v.epi.non est sic nude intelligēdus circa hanc materiā ,put plures etiam docti s̄ vtinam bene docti decipiūtur: z q publice in eoz sermonibus asserere non verent̄ hmōi transmutationes prestigiosas: nullo modo etiā virtute demonuz posse fieri. Et hoc vtiq in magnum fidei detrimentuz vt sepe tactum est z maleficarum confortationem que z multum de talibus cōgaudent sermonibus. Contingit autē hoc huiusmodi predicatoribus eo q in cortice z non in medulla verborum cano

nis laborant vt supra tactum est. Cum enim dicit. Quisquis credit posse fieri aliquaз creaturam aut in melius aut in deterius transmutari aut transformari in aliam speciem vel in aliam similitudinem nisi ab ipso creatore qui omnia fecit proculdubio infidelis est. Hic pius lector attendat ad duo principalia. Primo super verbū fieri. Secundo super verba in aliā similitudinem cōuerti. Sup primū sit resolutus q fieri capit dupliciter: videlicet p creari et p naturali pductōe alicuius rei. Primo modo soli deo conuenit vt notum est qui sua infinita potentia aliquid ex nihilo creare potest. Scdo modo distinguendum est de creaturis. Quia aut sūt creature pfecte vt homo asinus etc. Aut sunt imperfecte vt serpentes rane mures etc. que ideo dicunt imperfecta quia ex putrefactione generari etiam possunt: licet em̄ semper de primis loquit canon: non de secundis: quod potest patere eo q Albertus in libro de animalibus vbi querit An demones possint facere vera animalia. Et respōdit q sic. s3 hoc quo ad imperfecta animalia. Etiā cū ea differentia q non in instanti sic deus operat sed motu quodā licet subito: sicut patet de maleficis Exo. vij. si placet vide aliqua que in notata questione tangunt circa primam partem operis: et in solutione primi argumenti. Super scdm vbi tangitur q non possunt aliquā creaturā transmutare. Dicas q est duplex transmutatio Substantialis et accidentalis. Et hec accidentalis iterū duplex: quia vel per formaз naturalem et inherentem rei q videt vel per formā non inherentē rei que videtur: s3 inherentem organis et potentijs ipsius videntis. De primis loquit canon et precipue de formali seu quidditatiua trāsmutatione put vna substantia in aliam transmutatur cu-

iusmodi solus deus qui talium quidditatum creator existit facere potest: loquitur etiaз et de secunda licet illaз demon efficere possit in quantum per infirmitates diuina permissione immissas aliqua forma accidentalis corpori inducitur: vt vbi leprosa facies appareret vel huius simile: sed quia proprie de his non loquitur: sed de prestigiosa apparitione: sm quam videntur res trāsmutari in alias similitudines. Dicimus q has trāsmutationes allegat ca. excludere non potest: quod auctoritate: ratione: et experientia insimul ex his que super certa experimenta que Augustinus li. xviij. ca. xvij. de ciuita. dei refert deducuntur: et p varias questiones illa etiam declarando: nam inter alias prestigiosas transformatiōes refert q famosissima maga circes mutauerit socios vlixis in bestias. Et q qdam stabularie mulieres conuertisset hospites suos in iumenta onera portātia. Refert etiam socios diomedis in aues conuersos: et q postea longo tēpore circa templum diomedis volassent. Et quod prestantius narrasset de patre suo veraciter: q ipse pater dixisset se caballum fuisse et annonaз cum alijs animalibus baiulasse. De primo nanq q socij vlixis fuissent in bestias mutati: ibi vtiq sola apparentia fuit et oculorum deceptio ita q forma illa bestialis educta fuit de cōseruatorio seu memoria specieruз ad ipam vim imaginatiuam: vnde et visio imaginaria causabatur et consequenter ex forti impressione in potentias alias et organa videns estimabat se bestiaз videre: modo quo s[illegible]pra in precedēti capitulo tactum est: sed quomodo ista fieri possūt virtute demonis sine lesione infra patebit. De secūdo vero vbi hospites in iumenta onera portantia a stabularijs cōuertebant et silr hoc q pstātij pater

se equū fuisse et bladū portasse narrat. Notandū q ibi tres fuerūt deceptōes Prima. q illi hoīes pstigiosa arte videbant conuersi in iumenta. q conuersio facta fuit mō supra tacto. Secūda q illa onera vbi excedebant vires portantiū demones inuisibiliter illa attulerunt. Tercia q illi q alijs videbātur transmutati in spēs. sibi ipis etiā videbantur se in bestias conuersos. sic Nabuchodonosor contigit. vbi septē tpa sup eū fuerūt imutata. vt fenū q̄si bos comederet. De illo aūt q socij diomedis fuissent in aues cōuersi: et circa tēplū volasse. Dicendū q ille diomedis qr in exercitu grecoꝝ circa obsidionem ciuitatis troye fuerat. vbi ad ꝓpria redire volebat i mari cū socijs sbmersus fuit. Ideo cū ex suggestione cuiusdam idoli templū sibi quasi inter deos annumeratus esset cōstructū fuerat. demones in confirmatōem erroris longo tempore tanq̄ aues loco eoꝝ volabāt. quare et aliud genus supstitionis a pdictis pstigijs ibi fuit. qr videlicet non per reductionē spēꝝ sensibiliū ad vim imaginatiuā. sed in assumptis corpibus tanq̄ aues volantes se oculis aspicientiū ingerebant. Et si querit. An etiā predicto mō p reductionē spēꝝ sensibilium aspicientes illudere potuissent vt demones nō in assumptis corpibus ex aere tanq̄ volantes aues se ingessissent. Dicendum q sic. Nam et opinio q̄rūdam fuit vt recitat sctūs thomas in. ij. sniaꝝ. di. viij. ar. ij. q angeli quicunq̄ siue boni siue mali nunq̄ assumerent corpa. sed q oīa q de eoꝝ apparitōibus leguntur in scripturis facta fuerint in pstigijs. vel sm visionē imaginariam In quibus verbis notat a doctore sancto differentia inter pstigiū et imaginariā visionē. Quia pstigiū potest habere rem ab extra corpali visui se obijciētem. Licet aliter videatur q̄ sit. Imaginaria aūt visio non hoc necessario requirit. vt videlicet res ab extra obijciatur. sed potest fieri absq̄ illa exteriori obiectione tantummō per illas interiores spēs sensibiles vbi ad vim imaginatiuā reducuntur. Vñ illoꝝ opinionem sequēdo socij diomedis nō fuerunt representati p demones in assumptis corporibus et similitudinibus auiū. sed tantummodo fantastica et imaginaria visione. per illa ꝑ vicz spēꝝ sensibiliū reductionē etc. vt supra. Sed qr doctor sanctus opinionē illā vt errorē et nō vt opinionem simplicē reprobat. licet nō vt heresim forte vt pie creditur. cum etiā tales apparitōnes imaginarie indubie et a bonis et a malis angelis fuerit absq̄ corpibus assumptis vsitate. Ideo vt ibidem dicit cū scti cōiter dicunt angelos etiā corpali visione apparuisse. et talis apparitio fit in assumptis corpibus Textus etiā scripture sacre super tres corpales apparitiones plus cōcordat q̄ super imaginarias aut prestigiosas Ideo ex his ad presens dicere possumus etiam super quascunq̄ visiones consimiles illis de socijs diomedis. q licet illi socij imaginaria visione videntium potuissent opere demonum videri modo quo dictum est. tamen potius presumitur q per demones in assumptis corporibus ex elemento aeris tāq̄ aues volātes fuerint visi. aut q alie aues naturales a demonibus agitate illos representauerint.

Qualiter demones intra corpora et capita existūt sine lesiōe quando prestigiosas operātur transmutationes. Capi. ix.

Quod si vlterius super modum prestigiose trāsmutationis queritur. An intra corpora et capita tunc exi-

stant. Et an si tales sint tanq̄ obsessi a demonibus estimandi. ⁊ qualiter fieri possit vt absq̄ lesione potentiarum ⁊ virium interiorꝝ possint spēs ab vna potentia interiori ad aliam deducē. et vtrū tale opus debeat censeri miraculosum factū aut nō. Ad primū oportꝫ distinguere de prestigiosa illusione. eo q̄ vt dictū est. Illa illūsio fit interdum super sensus exteriores. interdū super interiores vsq̄ ad sensum exteriorem. Prima ergo licet possit fieri absq̄ hꝫ q̄ demones intrent potentias exteriores illas occupando. sꝫ tm̄ exterius deludendo. vt vbi corpus aliqd̄ occultarevellet per interpositionē alicuiꝰ alterius corpis vel alio quocunq̄ modo. Aut vbi p se corpus assumeret ⁊ se visui obijceret. Scd̄a tn̄ non potest fieri nisi ipm caput ⁊ potētias pncipalit̄ occupet. Et hoc ostēditur auctoritate et ratione. Nec obstare potest q̄ duo spiritus creati nō possint esse in vno ⁊ eodem loco. ⁊ aīa sit in qualibet pte hoporis. Est aūt auctoritas super hꝫ Damasceni. Angelꝰ ibi est vbi opat̄. Ratō scti thome. ij. sen. di. vij. ar. v. Omnes angeli boni ⁊ mali ex virtute naturali q̄ pstantior vtiq̄ est quacunq̄ corpali hn̄t ptātem transmutandi corpora nostra. Patet hoc ne dum ꝓpter pstantiam ⁊ nobilitatē nature. sed et iō q̄ tota machina mundi ⁊ creatura corpal̄ ammi nistrat̄ per angelos Grego. iiij. dialo. In hunc mundū visibilē nihil nisi per creatura inuisibilē disponi pōt. vn̄ oīa corpalia regunt̄ p angelos. sicut ⁊ motores orbiū asseruntur non soluꝫ a doctoribus sanctis sed etiā a phis omnibus. Patet et ex eo q̄ omnia corpora humana mouentur ab animabꝰ sicut omnia alia per corpora celestia ⁊ p ipōrū motōres. Si cui placet videat sanctū thomam in prima parte. q. cx. ar. j. Ex quo cōcluditur q̄ q̄ demones vbi

opantur ibi sunt. Ideo qn̄ fantasias et interiores potentias perturbant tunc etiam ibi existūt. Item licet illabi aīe illi sit tantū possibile qui eam creauit tamen demones etiam illabi possunt deo pmittente corpibus nostris. Et q̄ ꝓ tunc possunt impressiones facere in potētias iteriores affixas organis corporalibus. Ideo ⁊ p illas impressiōes sicut immutantur organa ita imutant̄ opationes potentiaꝝ. modo quo dc̄m est q̄ educere possunt spēs reseruatas in vna potentia affixa organo sicut ex memoria que est in vltima pte capitis educit spēm equi localiter mouendo illud fantasma vsq̄ ad mediā ptē capitis vbi est cellula virtutis imaginatiue ⁊ demū conseqūnter vsq̄ ad sensum cōmunē cuiꝰ residētia est i anteriori parte capitis. Et oīa tn̄ subito sic immutare ⁊ pturbare possunt vt forme tl̄es necessario estimentur. Ac si exteriori visui obijcerent̄. Exemplū patuit ex naturali defectu in freneticis ⁊ alijs maniacis. Quod si queritur qūo hoc absq̄ dolore capitis efficere possit. facilis est respōsio. Primo q̄ eīn organa nō diuidit nec immutat quo ad ipoꝝ subiectuꝫ. sed tantūmodo species mouet Item secundo q̄ non alterat imitēdo aliquā qualitatē actiuā. vn̄ necessario passio seq̄tur. cū ⁊ ipe in se demon omni qualitate corpali careat. iō sine dolore talia opari pt. Item tercio quia vt dictū est tantūmō facit transmutationes per motum localem ab vno organo ad aliud et non per alios motus ex quibus alterationes lesiue interdum causantur. Illud ergo quod difficultatem facit q̄ quia duo spiritus non possunt esse in eodem loco puta diffinitiue. ⁊ anima etiaꝫ existit in capite quo modo tunc demones ibidem existere possunt. Dicendum q̄ residentia aīe assignatur centrum cordis in quo vitā

influēdo omnibus mēbris cōicat. Et exemplū datur de aranea in medio te le que sentit tactum ex omni pte. Tamen quia dictū augustini in libro de spiritu et anima. q̄ est tota in toto et to ta qualibet pte corpis. Ideo dato q̄ sit in capite. adhuc demon ibi opari pōt. quia alia est eius operatio ab opatōe anime cum operatio anīe in corpe est vt informat et vitam influat. vñ ē ibi sic forma in materia nō sicut in loco. Demon aūt sicut i tali pte corpis et tali lo co immutando et operando circa spēs sensibiles. Unde quia nulla confusio operationū est inter eos. Ideo vtrūq̄ simul in eadem parte corpis esse pñt. Ad illud. An tales sint tanq̄ obsessi et arrepticij. i. a demonibus arrepti estimandi. quia specialem hoc vult habere declarationem. An videlicet h̄ possibile sit vt opere maleficoꝝ aliquis vt obsessus a demone. i. q̄ demū eū possideat vere et corpaliter. Idō de tali materia specialis tractabitur modus i capitulo sequenti. habet em̄ et hoc specialem difficultatem. An operibus maleficoꝝ id fieri valeat. Ad illud tantūmodo. An talia opera maleficorum et demonum sint ad modum miraculorum operum censenda. ita q̄ debeant opera miraculosa estimari. Dicendū q̄ sic inquantum fiunt preter ordinē nature create nobis note per virtutem creature nobis ignote. licet non sint ꝓprie miracula sicut illa que fiunt p̄ter ordinem totius nature create qualia sunt miracula dei et sanctorum. Vide que in prima parte operis sub quinta questione et reprobatōne tercij erroris tacta sunt vltra que addenda sunt hec ꝓpter eos qui hmōi opera impugnare possent quasi nō debeāt censeri opa miraculosa sed simpliciter opera diabolica eo q̄ cum miracula sint data in confirmationē fidei non debent cōce di fidei aduersario. Tum etiam q2 sig antichristi dicūtur ab apostolo signa mendacia. Sed dicendum ad p̄mum Q2 miracl'a facere ē donū grē gtī date Unde sicut p malos possunt fieri homines. ita et p malos spūs in his videlicet ad que eorum virtus extendere se potest. Unde etiā discernuntur miracula per bonos facta ab illis q̄ per malos fiunt ad minus tripliciter. Prio ex efficacia virtutis opātis q2 signa facta p bonos diuina virtute fiunt in ill' etiā ad que virtus actiue nature se nullo modo extendit. sicut suscitare mortuos et hmōi que demones s̄m v̄itatē facere non possunt. sed in prestigijs tātum vt symon magus de mortuo cui9 caput agitabat que diu durare nō pñt Scdo ex vtilitate signoꝝ. q2 signa per bonos facta sunt de reb9 vtilib9. vt in curationibus infirmitatū et hmōi. Signa aūt per maleficas facta sunt de rebus nociuis vel vanis sicut q̄ volāt in aere vel reddant membra hominum stupida et hmōi. Et hanc differentiam assignat beatus Petrus in itinerario Clementis. Tercia differentia est q̄ntū ad finem. q2 signa bonoꝝ ordinant ad edificationē fidei et bonoꝝ morum. Sed signa maloꝝ sunt in manifestuꝫ nocumentū fidei et honestatis. Etiam q̄tum ad modum operandi differūt. quia boni operantur mirabilia per inuocationem diuini nominis pie et reuerenter. Sed malefici et mali quibusdam deliramentis et demonum inuocationibus. Aliud etiam non obstat q̄ videlicet apostolus opera diaboli et antichristi nominat signa mendacia. quia tunc illa mirabilia que fiēt ab eo diuina permissione sunt vera et etiam falsa diuersis respectibus. Vera i illis que fiunt virtute demonis ad que ei9 virtus se extendere potest. Falsa quādo faciet ea ad que sua virtus se nō pt

Iam nunc sexto queritur qualiter processus hmõi aduersus maleficas in cã fidei sit continuandus. Considerandũ est primo ꝙ q꞉ in cã fidei ꝓceditur summarie simpliciter et de plano ꝛ absq꞉ aduocatoꝝ ꝛ iudicioꝝ strepitu ꝛ figura. vtꝫ. c. statuta. li. vi. qualiter etiam ista v̾ba intelligantur pꝫ extra de ver. sig. c. sepe contingit. in cle. vbi dicitur. Sepe contingit ꝙ causas cõmittimus ꝛ in eoꝝ aliquibus simpl'r ꝛ de plano ac sine strepitu ꝛ figura iudicii procedi mandamus de quoꝝ significatõe verboꝝ a multis contenditur ꝛ qualiter ꝓcedi debeat dubitat. Nos aũt dubitationẽ hmõi q̃tum est nobis possibile decidere cupientes hac in perpetuum valitura constitutione sancim⁹. vt iudex cui taliter causam cõmittim⁹ necessario libellũ nõ exigat. litis cõtestationem non postulet. tp̃e feriaꝝ ob necessitates hoim indultaꝝ a iure procedere valeat. amputet dilationẽ. materiam litis q̃tum poterit faciat breuiorẽ exceptiones appellatõnes ꝛ dilatõnes frustratorias repellendo. partiũ aduocatoꝝ ꝛ ꝓcuratorum contentiones et iurgia. testiũq꞉ superfluam multitudinẽ refrenãdo. nõ sic tñ iudex liteꝫ obruat: q̃n ꝓbationes necessarie admittentur citationem vero ac ꝓtestationem iuramenti de calumnia siue de dicenda veritate ne veritas occultet per cõmissionem huius intelligimus nõ excludi. hec ibi. Et quia processus vt visuꝫ ẽ supra. est tripliciter incipiendus. quia vel propter instantiam accusatoris. vl' propter zelum denunciatoris. vel propter clamorem ꝛ famẽ laborantis. ꝛ pro.

cessus qui fit ad instantiam partis accusantis iudex in hac materia non debet acceptare. cum maleficarum facta opere demonum occultantur. nec accusator per euidentiam facti sicut in alijs criminalibus procedere ⁊ se defendere potest immo consulere debet accusatori quod amoueat verbum accusationis ⁊ ponat denunciationis. ⁊ hoc propter accusatoris graue periculum. Ideo super secundum modum qui ⁊ vsitatus ⁊ similiter super tercium in quibus proceditur ⁊ non ad instantiam partis. Notandum quod quia dictum est in precedentibus quod iudex specialiter debet interrogare denunciantem qui sciant cum eo in tali causa ⁊ quod possunt scire. Ideo iudex faciet citari illos testes quos denuncians intimauit. et qui magis videntur scire in facto: et scriptor continuabit processum scribendo sic. Post que attendens ipse iudex denunciata sibi hereticalia antedicta fore ex sui natura esse talia ⁊ tam grauia que non possunt nec debent conniuentibus oculis tolerari. cum cedant in obprobrium diuine maiestatis. ⁊ tam fidei catholice quam reipublice detrimentum. descendit ad se informandum ⁊ ad testes examinandum per modum qui sequitur.

Interrogatoria super testes.

Talis testis de tali loco citatus iuratus ⁊ interrogatus si cognoscit talem exprimendo nomen delati Et dixit quod sic. Item interrogatus de causa cognitionis ⁊ dixit quod pro eo quod vidit ⁊ locutus est sibi pluries. Vel sic vel alias quia fuerunt socij ⁊ exprimentur cause cognitionis.

Item interroga. de cognitionis tempore. et dicit quod sunt decem anni vel tot.

Item interrogatus de fama illius ⁊ presertim ad ea que sunt fidei. Et dixit quod quo ad moralia est homo bone fame vel male. quantum autem ad ea que sunt fidei dixit quod est fama in tali loco quod practicat aliqua contra fidem vt maleficas. Item interrogatus quid est fama. ⁊ dixit. Item interrogatus si vidit vel audiuit talem talia facientem ⁊ dixit. Item interrogatus vbi audiuit dici supradicta. ⁊ dixit quod in tali loco

Item interrogatus in quorum presentia. ⁊ dixit quod illorum.

Item interrogatus si ex sua consanguinitate aliqui propter maleficia fuissent dudum incinerati vel suspecti habiti: et dixit.

Item interro. an cum suspectis maleficis habuit familiaritatem: ⁊ dixit.

Item interrogatus de modo ⁊ causa quod dicta fuerunt. Et dixit quod ea de causa ⁊ tali modo.

Item interrogatus si videtur sibi quod talis dixit seu fecerit trufatorie seu recitatorie seu animo indeliberato vel potius assertiue et animo deliberato. Et dixit quod credit quod fecerit supradicta iocose et trufatorie seu recitatiue et non animo sic credendi vel assertiue.

Item interrogatus de causa credentie huiusmodi. Et dixit quod credit pro eo sic. quia ille qui dicebat ridendo dixit. Et de istis est multum diligenter inquirendum. quia nonnunquam dicunt aliqui recitando aliorum verba vel trufando vel conferendo vt alios alliciant vel incitent. licet etiam interdum asserendo vel affirmando.

Item interrogatus si hec deponit odio vel rancore seu dimittit amore vel fauore. Et dixit quod ⁊c. Et sequitur iniunctum est sibi tenere secretum. Acta sunt hec in tali loco die tali in presentia talium testium vocatorum et rogatorum. et mei notarij seu scriptoris. Vbi semper aduertendum quod in tali examine ad minus persone quinque debent presentes esse. scilicet iudex inquirens. testis vel denuncians. Respondens vel ipse delatus postea comparens. Tercius est notarius seu scriptor. vbi deest notarius et tunc adiungat si-

bi alium honestū qui duo supplebūt vices notarij vt supra tactū ē. ⁊ h̾ apostolica autoritate qua tunc in illo actu funguntur. vt supra in. ca. vt officiū. de here. li. vj. Et duo honestiviri tanq̄ testes eorum qui deponūtur. Itē aduertēdū q̄ testis citatus debet etiā esse iuratus. i. vt p̄stet iuramentū mō q̄ supra de dicenda veritate. alias false inscriberetur citat⁹ ⁊ iuratus. Consimilit̄ examinentur alij testes. Quib⁹ examinatis. Si iudex videat factū esse ꝓbatū plene: vel si nō plene tñ esse maxima iudicia ⁊ suspitiōnes vehemētes. Et nota q̄ loquimur non de leui suspitione q̄ ex leuibus coniecturis orit̄. sz q̄ multū diffamata est sup maleficia puerorum iumentorum ⁊c. Tunc iudex si timet de fuga delati vel delate faciet eū capi. si aūt nō timet de fuga faciat eum citari Et siue capiatur siue non prius faciat iudex eius domū improuise scrutari ⁊ cuncta scrinia aperiri ⁊ in angulis pixides ⁊ oīa instrumenta tolli q̄ repiuntur. Et sic constituto. iudex. collectis hiis de quib⁹ est delat⁹ et de his de quibus est p̄ testes conuictus vel habit⁹ suspectus formet interrogatoria super illis ac ingrat habito secū notario ⁊c. vt supra. p̄stito pri⁹ corpali iuramento ad q̄tuor dei euangelia de dicēda veritate tam de se q̄ de alijs. Et hoc p̄ modū qui sequitur cōscribantur etiā singl'a.

Interrogatoria generalia super maleficā aut maleficū. Et est primus act⁹.

Talis de tali loco delat⁹ iuratus sup quatuor dei euangelia corporaliter tacta tā de se q̄ de alijs dicere veritatem. ⁊ vnde interrogatus vnde est seu vñ originē traxit. Et respondit q̄ tali loco talis diocesis.

Item interrogatus q̄ sunt ei⁹ parentes si sunt viui vel mortui. Et respōdit q̄ viui in tali loco vel mortui in tali.

Item interrogatus. vtrum naturali morte vel icinerati. et dixit q̄ tali. Vbi nota q̄ hoc fit q̄r vt plurimū vt in secūda pte opis patuit malefice ꝓprios infantes demonib⁹ offerunt aut eos instruūt. ⁊ cōiter tota ꝓgenies existit infecta. Et vbi deponentes affirmassent et ipa negaret iam esset suspecta. Item interrogatus vbi fuit nutrit⁹. ⁊ vt i pluribus conuersatus. ⁊ dixit q̄ in tali loco vel tali. Et si videat q̄ mutauit locū ꝓpriū q̄r forte mater non fuit suspecta nec aliq̄s ex parētela. ⁊ tñ conuersat⁹ i alieno. ⁊ p̄sertim in locis in quibus cōsueuerīt malefice vigere interrogabit̄ sic.

Item interrogatus quare mutauit sue natiuitatis locū ⁊ se transtulit ad cōmorandū in tali loco vel talib⁹. ⁊ dixit q̄ ex tali cā. Itē interro. si in dictis locis vel alibi audiuit loqui de materia maleficarū puta q̄ tempestates cōcitate vel iumenta maleficiata ⁊ vacce liquore lactis priuate ⁊c. de tali materia de qua est delata. ⁊ si dicit q̄ sic. Interrogetis. Itē interro. q̄d audiuit loq̄. Et scribātur singula q̄ dicet. Si aūt negat et dicit se nihil audiuisse tūc sic.

Item interroga. si credit maleficas esse ⁊ q̄ talia possint fieri q̄ referuntur vt tēpestates concitare. iumēta inficere ⁊ hoīes. ⁊ dixit. Et nota q̄ malefice vt plurimū negant prima fronte. vnd̄ suspicio oritur magis q̄ si respōderet si sint aut nō sint cōmitto supiorībus vnde si negant tunc interrogentur.

Item interro. quid ergo vbi cōburūtur tunc innocenter ꝯdēnant̄. ⁊ dixit.

Interrogatoria particularia super eosdem.

Aduertat iudex q̄ nō ꝓcrastinet subseq̄ntes interrogatōnes sed indelate ꝓponat. Item interrogatus cur cōis populus eam timeret. ⁊ dixit. Item interrogat⁹ an sci-

ret se esse diffamatā. et quod odio haberet. et dixit. Item interrog. cur illi psone obiecit dicendo. tu non trāsibis impune. Et dixit. Item interrogatus quid mali sibi fecisset illa psona quod talia verba in eius dannū ptulisset et dixit.

Et nota quod hec interrogatio est necessaria vt deueniat ad fundamētū inimicie. quia i fine delata allegabit inimicitias sed vbi non est capitalis sed modo muliebri cōcitata nō impedit. Hoc.n.est maleficarū ppriū cōcitare aduersus se. vel verbis inutilibus aut factis. puta quia petit sibi prestari aliquid. aut infert ei dannū aliquod in orto et siliis. ad hoc vt occasionē recipiant et se manifestāt in verbo vel in ope. quā manifestatōem habent facere ad instantiā demonū. vt sic peccata aggrauent iudicū dum manent impunita. Nota etiam quod talia faciunt nō in alio ppñtia vt si deponens vellet testes pducere non haberet. Nota etiā quod incitant a demonibus vt a multis maleficis et post incineratis experti sumus. ita quod 3 ipsarū voluntatē habēt incitare et maleficiare. Itē interro. quō effectus potuit consequi super minas vt puer aut iumentū tam cito maleficiaretur. et dixit. Item interro. iterū et qua re dixisti quod nunquam deberet habere sanū diem. et ita factum est. et dixit. Item si omnia negat. interrogetur de aliis maleficiis aliis testibus illatis puta in iumentis vel pueris. Item interro. cur visa fuerit in campis vel in stabulo cū iumentis tangendo put interdū solēt facere. et dixit. Item interro. cur tetigit puerum. et quod postea male habuit: et dixit. Item interro. quid egit in campis tempe tempestatis. et sic de multis aliis. Item vide quod cum habeat vnā vaccam aut duas quod plus abūdat in lacte quam vicine habentes quatuor aut sex. Item cur manet in statu adulterii aut cōcubina. licet non deseruiant ad ppositū tñ suspitōem generant amplius quam sup pbas et honestas delatas. Et nota quod sepius super articulos cōtra eā delatos interroganda est vtrū maneat in eodē pposito aut non. Qua cōfessione pacta et scripta siue ad ptem negatiuam siue affirmatiuam siue sub ambiguo. scribatur postea. Acta sunt hec in tali loco. etc. vt supra.

Questio septima in qua varia dubia declarātur super premissa interrogatoria et responsiōes negatiuas. an delata sit incarcerenda. et qñ pro manifeste deprehensa in heresi maleficarum sit habenda: Et est actus secūdus.

Queritur primo quid agendū si vt plurimum contingit persona delata oia negat. Respondet. Iudex habet circa tria attendere. s. super infamiam. super indicia facti. et super dicta testium. sivi delicet omnia in simul cōcurrunt. aut non. si omnia insimul vt plurimū etiam contingit eo quod malefice statim propter fore facta in aliqua villa aut ciuitate infamant. indicia etiam facti sunt pre oculis. puta in pueris maleficiatis aut in iumentis que sepius inficiūtur aut lacte priuant. numerus etiam testium ē inscriptus. qui licet sint singulares puta quia vnus deposuit quod puerū sibi maleficauerit. alius vero iumentū. tercius vero sup infamiā. et sic de aliis. Tñ in substantia facti concordant puta in maleficiis. et quod vt malefica sit suspecta. et isti testes licet non sufficiant ad condēnādum absque infamia vel etiam cum infamia. vt supra tactum est questione tercia. tamē cum indiciis facti posset posset ex his tribus in simul reputari. nō

vt suspecta vehementer aut violenter de quibus suspitionib⁹ inferius declarabitur. sed reputari vt manifeste dephensa in heresi maleficarū vbi vicȝ testes idonei id est nō ex inimicicia ⁊ sufficiētes in numero puta sex octo vł decem iurati cōcurrerent. ⁊ consequēter deberet penis. in. c. ad abolendam. §. psenti. de here. subiacere. ⁊. c. excōicam⁹ ij. ⁊ hoc siue crimen sit falsa siue nō. et hec sic pbant. Nam qō dictū est ꝙ vbi omnia tria prefata cōcurrūt tūc p manifeste dephensa in heresi debȝ reputari non est intelligēdū ꝙ necessario oia tria incurrere sed pbatur sic p argumētum a fortiori. Nam vnūquodcꝫ per se inter illa duo que sunt iudiciū facti: ⁊ testium pductio legitima pōt reddere aliquēvt p dephenso in heretica prauitate habeat. quātomagł vbi ambe pbatōnes pariter concurrunt. Nam iuriste vbi querunt qt modis de iure aliquis habetur pro manifeste dephenso in heretica prauitate. Respondēt ꝙ tribus vt notat bern. in glo. ordinaria. in ca. ad abolendā. §. pñti. ⁊ ver. dephensi extra de here. ⁊ tactum est supra in qōne prima. in pncipio operis. s. facti euidentia. puta qȝ publice pdicauit heresim. hic aūt ponimus indiciū facti propter publicas minas quas intulit. Dicendo nunqꝫ sanos dies habebis vel simile ⁊ effectus fuit subsecutus. sequit vel legitima pbatione per testes. vł tercio ex ppria confessione. vnde si vnum quodcꝫ illoꝝ p se facit ⁊ reddit aliqueȝ tanqꝫ manifeste suspectū. quantomagł insimul iungendo infamiā ⁊ indicia facti cum testium depositōe. lȝ ibi dicatur euidens factū ⁊ hic indicium facti. ⁊ hoc est quia diabolus non manifeste operatur sed occulte. damna autē ⁊ instrumenta maleficij que reperiūt dant indicium facti. vnde vbi euidens fcm in alia heresi solum sufficeret. hic adiūgamus tria. De secundo vo ꝙ talis dephensus lȝ negaret tñ iuxta illa capitula esset puniendus sic pbatur. Naȝ dephensus facti euidentia vel per testes aut fatetur crimen vel non. si fatet ⁊ est penitens tradendus est brachio seculari vltimo supplicio feriendus. iuxta. c. ad abolendam. vt supra. est carceri perpetuo detradend⁹. iuxta. c. excōicam⁹. ij. Si autem non fatetur sed stat in negatiua est vt impenitens tradēdus potestati curie secularis animaduersiōe debita puniendus. vt notat Hostiē. in sum. ti. de here. qualiter dephendant. Sic ergo concludit ꝙ si iudex isto mō pcederet super interrogatoria ⁊ testiū depositōes. cum vt dictuȝ est in causis fidei summarie simpliciter ⁊ de plano pcedi pōt. ⁊ ipsam delatā carceri deputaret ad tempus vel ad annos plures. si forte post annum squaloribus carceris depressa crimina fateretur non iniuste sed iuste pcederet. Attamen ne videatur sniam pcipitare imo fm omnē equitatem pcedere. queritur quid consequenter agendū sit.

Questio octaua ⁊ precedenti annexa an sit incarcerāda: ⁊ de modo capiendi: ⁊ ē actus tercius iudicis.

An vero super negatiuas responsiones malefica sit carceri ad custodiā mācipanda. vbi pfata tria cōcurrunt. s. fama. indicia facti. ⁊ pductōes testiū aut sub cautione fideiussoꝝ dimittenda vt denuo citata respondeat. Responderi pōt ex tribus opinionibus. Primo ei aliquoꝝ sententia est ꝙ carceribus sit mancipanda: ⁊ nullo modo sub cautiō

ne dimittenda. et hi innitunt̄ rōni tacte in pcedenti questione. quia vicȝ habet̄ p manifeste dephensa vbi illa tria concurrunt. Alij vo q ante incarnatōnem potest cautioni fideiussor relinqui. ita q si fugam caperet q tunc p conuicta haberetur. lȝ post incarceratōeȝ sup negatiuas responsiones non sit cautioni vel manulente relinquenda. qñ vicȝ illa tria ꝯcurrunt supra notata. eo q tūc non posset sententiari et plecti ad mortem. et hic innitit̄ consuetudini. Tercij sunt qui dicūt q nō sit danda infallibilis regula. sed iudici sit relinquendū vt ſm dicta testiū et infamiā ꝑsone. et si indicia facti concurrunt tanto grauius discernatur per modū patrie seruādo et consuetudineȝ. concludentes q si non posset habere fideiussores notabiles et fortassis suspecta de fuga q tunc carceri mancipetur. et hec tercia videt̄ rōnabilior. sic tamen q debitus seruet̄ modus qui stat in tribus. Primo vt domicilium quantum possibile est perlustret̄ sub et supra in omnibus angulis fossis et scrinijs. et siquidem famosa malefica existit. tunc absq dubio nisi prius sint ab ea occultata varia instrumenta reperiunt̄. sicut supra tactuȝ est. Secundo vt si habet ancillam aut consodales q et ille vel illa seorsum includant̄ etiaȝ si non sint delate. psumitur eas non latere secreta aliqua illius delate. Tercio q in capiendo si i domo ꝓpria capitur: q non detur ei spacium intrādi cameram. eo q tūc solent certa maleficia accipere et secum deferre p taciturnitate pcuranda. Ratione cuius incidit dubium. An modus capiendi maleficas qui ab aliquibus obseruat̄ vbi a famulis subito a terra eleuatur et in sporta siue in spatulis ne terram vltra tangat defertur: sit licitus. Respoderi potest ex canonistarum et quorundam theologorum sententia q licitum sit hoc triplici respectu. Primo quia vt in questōe introductoria huius tercie partis patuit plurimorum sentētia. immo talium doctorum quorum dicta ꝓbare nemo audet. vt Hostien. et Goffre. est q licituȝ est vana vanis contundere. Experientia denicȝ immo et maleficarum fassiones demonstrant q sepius per talem modum capte taciturnitatis maleficiū amiserunt immo q̄plures incinerāde petentes vt saltem pede vno terraȝ tangere permitterent̄. dum eis fuissȝ denegatum et in fine scissitatū cur tamen terram tangere optassent. Responsum q si tetigissent seipas liberassent multis alijs fulminibus interemptis. Alia cānam hoc ipm manifestū existit. vt in secunda parte operis patuit q in publica iusticia omnes vires maleficij franguntur quo ad pterita. sed quo ad futura nisi de nouo ei a diabolo succurratur in maleficio taciturnitatis omnia crimina fatetur. Dicamus ergo iuxta apostolum. Quecunq verbo vel opere agimus omnia in nomie dñi nostri iesu christi fiant. et siquidem innocens fuerit hec captio non ei nocebit. Tercō respectu. quia si ſm doctores licitū est per vana opera maleficia tollere. quia in hoc concordant omnes licȝ discrepant in illo q illa vana non debeant eē illicita. Unde dictum Hostien. vbi dicit q licitum sit vana vanis contundere. glosatur ab alijs. nota q dicit vanis non autem illicitis. a fortiori licitum ē maleficia impedire. ad quod impedimentum hic respectus habet̄ et non ad aliquod illicituȝ exercenduȝ. Notat insuper iudex q est duplex incarceratio. vna ad penam vbi criminosi ponūtur Altera ad custodiam tm̄. et hec in pretorio fit. Et he due custodie notātur in capitu. multorum querela. vt supra. vnde

Malefice incipiant tangere terra

ad minus ad custodiam est incarcerā-
da. si aūt leuia essent, p q̄bus esset accu
sata. ita q̄ nō esset infamata nec eēnt in
dicia facti in pueris z iumentis. tūc re
mittat ad domū. sed q͛ familiaritatem
habuit forte cū maleficis z nouit eoꝝ
secreta. det fideiussores. quos si habere
nō pōt. iuramentis z penis astricta do
mū nō exeat nisi vocata. ancille autē z
domestice de quibus supra ad custodi
am z nō ad penā detineant.

Questio nona quid agendū post captōem: z an deponētiū noīa sint ei manifestanda. z est actus quartus.

Uo autem post captōem fiunt. sed quid pmū inter illa iudici relinquit. s. de fensionū cōcessio, z in loco torture nō tū p torturā examinatō. Primū nō da tur nisi petierit. Secūdū nō fit nisi pri us ancille seu consodales si habuit in domo examinent. Procedamus tamē ordine posito. Si delata dicat se inno centē z q̄ false sit delata. z q̄ libēter ve lit tales accusatores inspicere z eos au dire. tunc signum est q̄ petit defensio nes. Sed an iudex teneatur ei deponē tes manifestare z ad conspectū ei9 pn̄ tare. Hic aduertat iudex q̄ nullū illoꝝ tenet facere nec noīa manifestare. nec ad conspectū p̄sentare nisi deponētes p se. z sponte ad hoc se offerunt. vt vicē eoꝝ aspectibus p̄sentent. z ea que depo suerunt eis in faciem obijcere. q̄ autē nō tenet iudex. z hoc ꝓpter periculū de ponentiū ꝓbatur. Nam lʒ diuersi sum mi pontifices diuersa senserūt, nullus tū vnq̄ sensit q̄ iudex teneret in tali cā delato noīa deponentiū manifestare. nec etiam accusatoꝝ. licʒ hic nō ꝓcedi mus p modū accusationis. sed potius aliqui senserunt q̄ in nullo casu liceret aliqui vo q̄ in aliquo. Tandē aūt Bo nifacius octauus statuit vt ptʒ in ca. sta tuta. §. inhibemus. li. vj. vbi sic dicitur Inhibemus tū q̄ si accusatorib9 vel te stibus in causa heresis interueniētib9 seu deponentibus ꝓpter potentiā p̄so narū cōtra quas inquirit. videāt ep̄s z inquisitor. Nota tu ꝓ inquisitore et ep̄o iudicē quēcunq̄ ꝯtra maleficas ꝓ cedentē ex cōsensu ep̄i z inquisitoris. q͛ idem est z vices suas cōmittere pn̄t vt in q̄one introductoria patuit. vnde z talis iudex quicunq̄ etiā secularis ꝓ cedit ap̄lica auctoritate. z nō solū ipe ratoria. sequit. graue periculū iminere si contingat fieri publicatōem eoꝝdē ip̄oꝝ noīa non publicent zc̄. Et sequit infra. cessante vo periculo supradicto. accusatoꝝ vel testiū noīa ꝑut in alijs fit iudicijs publicent. Attendat etiam circūspectus iudex de potentia p̄sona rum. q͛ illa est triplex. s. potentia gene ris z familie. potentia pecunie. z potē tia malicie q̄ plus timēda ē q̄ alie due q̄ ex illa testibus grauia p̄icula possent imminere si eis ꝯ quos deposuerūt eo rum nomia publicarent. z ratio ē. ma ius enim est periculū noīa testiū publi care alicui delato paupi hn̄ti in malis complices rebelles z homicidas q̄ ni hil habent nisi p̄sonā perdere. q̄ gene roso vel diuiti abundanti in tp̄alibus. quid aūt sit graue periculū z quale de clarat Jo. an. sup p̄dicto ver. p̄iculum. dicens ita periculū. quia timet mors. vel detruncatio ip̄oꝝ vel filioꝝ vel pa rentū suoꝝ. vel deuastatio substātie vel his silia. Aduertat insup iudex q̄ cum apostolica auctoritate ex beneplacito ordinarij i his ꝓcedit. q̄ ad illud secre tum. s. de nō reuelando testificantiū no mina tam ipe q̄ omnes alij assessores qui depositōes testiū interfuerunt aut in futurū circa sn̄iam ferendā interesse poterunt tenent sub pena excōicatōis

quam contra eos si oppositum fecerint eps fulminare poterit. et ita ne reuelet a principio processus ad minus implicite fulminauit. Unde in alleg. c. statuta. §. et vt eorundem. ita dicit. Et vt eorundem accusatorum et testium periculis efficacius occurratur et cautius inquisitionis negocio procedatur presentis constitutionis auctoritate permittimus quod eps et inquisitores tu intellige sicut supra possint indicere illis quibus vt premissum est processum huiusmodi explicabunt. et in eos archana consilij seu processus sibi sub secreto ab eisdem epo et inquisitoribus patefacta preter ipsorum licentiam alijs patefacerent excoicationis sniam quam ex secreti violatione ipso facto incurrant si eis videbitur promulgare. Notandum vlterius quod sicut pena annexa est vbi nomina testium indebite publicarentur. ita pena est annexa vbi indebite occultarentur. s. illis quibus merito sunt manifestanda. scz peritis et assessoribus de quorum consilio est ad sniam procedendum. vel vbi non publicarent vbi sine periculo testium publicari possint. vt in dicto ca. statuta. circa finem sequitur. Ceterum in oibus precipimus tam epos quam inquisitores puram et prouidam intentionem habere ne accusatorum vel testium noia supprimendo. vbi est securitas periculum esse dicant. nec in eorum discrimine securitatem afferant vbi tale periculum immineret super hoc consciencias eorum onerantes. vbi Archi. ita dicit. O tu quicunque iudex in tali casu bene aduerte verba ista nam non dicit leue periculum sed graue. noli igitur reum priuare iuris ordine sine magna causa. quoniam hoc fieri non potest sine offensione dei. et notandum est lectori quod quia omnia precedentia et etiam sequentia vsque quo perueniatur ad modos sententiandi absque pena sanguinis in quibus ecclasticus iudex iudicare habet fieri possunt cum consensu diocesanorum per secularem iudicem ideo non impediat lectorem si in ca. allegatur iudex ecclesiasticus et non secularis qui modos sententiandi super sanguinem capiet ex modis sententiandi et penitentionandi ordinariorum.

Questio decima qualiter sunt defensiones concedende cum deputatione aduocati. et est actus quintus.

Si igitur defensiones petit quomodo concedi possunt vbi nomina testium omnino occultantur. Dicendum quod defensio stat in tribus. Primo vt ei aduocatus deputetur. Secundo vt illi aduocato nomina testium non publicentur nec ad secretum etiam tenendum sub prestito iuramento sed informetur de singulis contentis in processu. Tercio delati causa quantum potest in meliorem partem interpretetur sine tamen scandalo fidei et damno iusticie. vt patebit et procurator pari forma cui processus totius copia. suppressis tamen testium et deponentium nominibus. et idem aduocatus etiam procuratorio nomine procedere poterit. Quo ad primum. Notatur quod aduocatus non deputatur ad beneplacitum delati. puta quia vellet habere vnum ad suum placitum de illo omino caueat iudex non concedere hoiem litigiosum. maliuolum qui faciliter pecunijs possit corrumpi. prout sepe tales inueniuntur. sed concedat sibi virum probum et de legalitate non suspectum. Et notare debet iudex quatuor in aduocato. que si obseruata fuerint ab aduocato permittat eum aduocare. alias habet eum refutare. Nam aduocatus primo debet examinare qualitatem cause. et si viderit eam iustam tunc si voluerit assumat eam. si vero iniustam rennuat. vnde diligenter cauere debet ne causam assumat iniustam et desperatam. Uerum quod

si ignoranter ab initio acceptauit cām
et cū hoc pecuniā. in processu tñ cogno-
uit cām desperatā. tunc sic clientulo suo
.i. delato pro quo cām assumpsit nō con
suluit vt cederet salariū receptuz tenet
restituere fm Goffre. qđ probare videt p
C. de iudi. rem nō nouā. Licz Hostie.
dicat oppositū. s. de salario restituēdo.
nisi industriose fecisset. Vñ si nequam
aduocatus clientulū suum scienter in-
ducat ad defendendū cām iniquaz ad
damna et ad expēsas tenet. C. de admi.
tu. nō est ignotū. Secundū qđ obserua
re dz vt seruet in aduocando tria. Pri
mo modestiam vt non procaciter nec cō
uiciando nec vociferando proponat. C
eo. qm̄. Secundo veritatē. s. vt nō mē-
tiatur. falsas rōnes vel probatōes indu-
cendo. nec falsos testes aut iura si peri
tus esset. nec dilatōes petat presertim in
hac causa vbi summarie simpliciter et
de plano. vt supra in qōne sexta tactuz
est. et tangit. iij. q. vij. hec tria. Et terciū
quod obseruat est ex pte salarij qđ mo
derat fm cōsuetudinē regionis. de qua
materia tractat. iij. q. vij. §. arcent. et §.
tria. Sed ad nrm propositū redeundo.
Iudex ita prescriptas cōditōes aduoca
to proponat. et in fine adiungat ne fauto-
riam heresis incurrat. qz tunc excōica-
tus esset. iuxta ca. excōicamus. j. §. cre
dentes. Nec valet si dicat iudici qđ nō
defendit errorem sed personā. qz nō de
bet defendere quouismodo vt nō proce-
datur summarie simpliciter et de plano
qđ faceret si petere vellet oino dilatio-
nes. vel immiscere appellatōnes. que oia
refutant. vt ibi in qōne sexta recitatur.
qz lz errorem nō defendat cūz sic dam-
nabilior ipis maleficis esset. et potius he
resiarcha quam hereticus maleficus. vt ptz
xxiiij. q. iij. qui illoꝝ. tū qz indebite de-
fendit iam suspectū de heresi tanquam fau
torem se facit. et nō solū leniter sed et ve
hementer fm defensionē quam fecit. et

debet abiurare publice coram epo. iu-
xta. c. accusatus. frequēter allegatum.
hec ad longum posita sunt nec paruipē-
dat ista iudex. quia ex aduocato seu
procuratore vbi false procedere nitit. plu-
rima pericula euenire solent. vnde iu-
dex oino debet eum refutare et procedere
fm acta et probata vbi reprehensibilis ad-
uocatus fuerit. Verūtamen si iudex ha
buerit aduocatū irreprehensibilē pro de
lato virum zelosum et iusticie amatorē
nomina testium ei indicare poterit. ad
secretum tamen tenedū sub prestito iu
ramento.

Questio. xj. quid faciet aduocatus cum sibi nomina testium non publicantur. actus. vj.

Quod si queritur
Quid ergo aduocatus etiam
procuratorio nomine pro delato
faciet. vbi nec sibi nec clientulo suo no
mina testium publicātur. quā tñ publi
catōem delatus summe affectaret. Re
sponsio. informatiōem capiat a iudice
de singulis in processu contentis. et siqui
dem copiaz habere velit. suppressis tñ
noibus testium tradat sibi. et sic infor-
matus accedat delatū et singula sibi pro
ponat. et si materia postulat. vtpote qz
multū onerosa delato. cum ad patiam
quātū pōt hortet. Et delatus vbi iterū
atque iterum instat vt sibi testes publicē
tur. Respondere pōt ex factis que con
tra te delata sunt cōiecturare testes po
teris. nā tali maleficiatus ē puer aut iu
mentū. aut tali mulieri seu viro dixisti
eo qđ talem rem quā petebas tibi pre-
stare nolebat. tu senties qđ melius fuis-
set vt mihi rez accōmodasses. post que
verba talis infirmatus subito facta tua
vt testimonia clamant. que plus pōde
rant quam testimonia verboꝝ. vel etiaz tu

scis te infamatã.⁊ a longo tp̃e suspectã
de multis maleficijs ⁊ dãnis hoibus il
latis. ⁊ sic replicando finaliter ad hoc
deueniet ꝙ ipa aut inimicitias allega-
bit asserens sibi ex inimicitia obiecta.
aut dicet. Fateoꝛ me dixisse se hec ver-
ba.sed nõ aio nocendi. Quare aduo-
catus tunc iudici ⁊ assessoꝛibus de p̃i-
mo.vicȝ de inimicitia habet ꝓponere ⁊
iudex inquirere. Et siquidẽ illa capital'
inueniret.vtpote.qꝛ inter maritos vel
consangnineos fuisset moꝛs intentata
vel secuta vel alicuius criminis incul-
patio,vñ quis foret plectẽdus ꝑ publi
cam iusticiã.vel fuerũt vulnera grauia
ex cõtrouersijs ⁊ briglis illata. tũc pro-
uidus iudex cum suis assessoꝛibus di-
scutiet an ex parte delate inimicitia ag
grauat' vel ex ꝑte deponentis. puta qa
m aritus aut amici delate alios ex ꝑte
deponentis iniuste opp̃sserũt.tunc qui
dem si nõ assunt indicia facti in pueris
seu iumentis siue hoibus maleficiatis
nec etiaȝ assunt alij testes aut etiam ꝙ
publica infamia nõ laboꝛat.tũc p̃sumi
tur ꝙ rõne vindicte cõtra eã deposue-
rit.⁊ est delata oĩno absoluenda ⁊ libe-
re dimittenda sub debita cautõe de nõ
vindicando ⁊c̃. vt moꝛis iudicũ est. Sȝ
querit'.katherina habet puerũ malefi-
ciatũ seu ipa per se est maleficiata.seu i
iumentis ꝑcepit plurima damna.⁊ su-
spicat' super illam cuius marit⁹ aut cõ-
sanguinei etiã ꝑ prius iniuste suũ ma-
ritũȝ aut consanguineũ opp̃sserunt in
publico iudicio.vnõ cũ hic duplex sit
inimicitia ex ꝑte deponentis. qꝛ inimi
cat' rõne maleficij illati ⁊ rõne infamie
iniuste obiecte suo marito aut consan-
guineo.est ne eius depositio repellen-
da aut nõ.⁊ quidẽȝ ex vna parte videt'
ꝙ sic.qꝛ inimicitia ibi ẽ ex altera ꝙ nõ:
qꝛ ꝓfert indicia facti. Rñdet' ꝙ in casu
quo nõ assunt alij deponẽtes,nec etiaȝ
publica laboꝛat infamia ꝯ delatã. tunc
non statur eius depositioni tm̃ ȝ repel
litur.⁊ delatã tñ reddit' suspecta si ⁊ in
quantũ moꝛbus ẽ maleficiosus.⁊ non
ex naturali defectu. ⁊ qualiter hoc co-
gnoscitur inferius patebit ꝙ canonice
est purganda. Sed si iteruȝ querit' an
alij deponẽtes etiã habent sup̱ indicia
facti primũ deponere que ipis aut alijs
cõtigerunt.aut solum sup̱ infamiã. Re
spõdet' ꝙ si sup̱ aliqua indicia facti de
ponunt bene quidẽ.si autem tm̃ sup̱ in
famiã ⁊ ita in re existit.tunc iudex lȝ re
pulerit deponentẽ ꝓpter inimicitiã tñ
indiciũ facti.qđ ꝓtulit. ⁊ ostẽdit iudex
ex alijs testibus que sup̱ infamiã depo
suerunt capiet ꝓ interſigno sup̱ suspi-
tõem vehementẽ ex qua ipa delata de
tenta iudicari poterit a iudice sup̱ tri-
plicem penã.s.canonice purgatõis.ꝓ-
pter infamiã. Juxta ca. inter sollicitu-
dines.extra de pur.ca. Item sup̱ abiu-
ratõem ꝓpter suspitiõem.iuxta.c.accu
satus.in principio.⁊ ſm varias suspiti
ones ad varias abiuratões vt patebit
in q̃rto modo sententiandi. Et ꝑ indi
cia facti si crimen fatetur ⁊ penitet. nõ
relinquitur brachio seculari ad puni-
tõem sanguinis sed per ecciasticu iudi
cem ad perpetuos carceres iudicatur.
per secularem tamen iudicem non ob
stante ꝙ ad perpetuos carceres sit ꝑ ec
clesiasticum iudiceȝ iudicatus. potest
tamen ipm propter damna tempalia
tradere igni.iuxta.c.ad abolendam. §.
p̃senti.⁊ iuxta ca. excõmunicamus.ij.
de here.que omnia patebunt inferius
circa sextum modũ sententiandi. Epi
logando. Attendat iudex primo ꝙ nõ
sit facilis ad credendũ aduocato.vbi ꝓ
delata allegat inimicitiam capitalem.
eo ꝙ rarissime in tali crimine qs depo
nit sine inimicitia cum malefic sp̱ exo-
se oibus habeant. Secũdo attẽdat ꝙ

enim quattuor modis malefica pōt conuinci.s.p testes.p euidētiā facti.p indicia facti.τ p confessionē ꝓpriam. τ hoc vel sup infamiā tm̄ . qđ tm̄ fieret hoc p testes.vel sup suspitōem tunc p euidētiā facti aut indicia facti fieret.ex q̄bus suspitio pōt iudicari leuis vel vehemēs vel violenta.τ hec omnia absq̧ cōfessione ꝓpria que si concurreret tunc vt dictuȝ est procederet.Tercio applicet p̄missa ast suum propositū sup ꝑsonam detentam ad obuiandū aduocato: sed videlicet sit tantūmodo sup infamiaȝ delata,aut ꝙ ibi concurrant aliqua indicia vnde reddit suspecta vehemēter vel leuiter.τ tūc aduocato sup inimiciciam allegatā respondere poterit. Et h̄ q̄tum ad illam partem vbi aduocatus pro delato in inimiciciam deponentiū allegauit.Sed vbi allegat scd̄m videlicet ꝙ illa verba que protulit cōtra deponentē.tu senties in breui q̄ tibi euenient.aut tu non habebis plures dies sanos. aut veniet in breui ꝙ tu velles mihi talem rem accomedasse aut vendipisse et similia.Tunc aduocatus adiungat. licet malū aliquod fuerit subsecutum deponenti in rebus vel corporibus.non tamen propter hoc sequit: ꝙ illa delata huius mali sit causa tanq̄ malefica.eo ꝙ infirmitates varijs modis accidere possunt.Iteȝ allegat ꝙ cōmune est mulieruȝ verbis huiusmodi mutuo contendere τc̄.Super istas allegatōnes iudex habet obuiare p hunc modum si quidem infirmitas ex defectu nature accidit tūc excusatio locum haberi poterit.Sed quia ex signis τ experimentis oppositum constat vtpote qꝛ nullo remedio naturali curari potuit.Item qꝛ iudicio medicoꝝ indicat vt morb⁹ maleficialis vulgariter nacht schaden.Item iudicio fortassis incantatricum aliarum que asserūt seu asserūt morbum esse maleficialem,Itē quia subito superuenit absq̧ aliqua p̄uia debilitatione.cum tamen naturales infirmitates successiue solent debilitare. Item quia fortassis curata fuit ideo qꝛ repperit certa instrumenta sub lecto aut indumentis sue alijs locis.et illis amotis subito sanati restituta fuit ꝑut sepissime ꝯtingit. Vt supra i scd̄a parte operis patuit vbi đ remedijs tractatur.Et per hec seu similia iudex facillime pōt obuiare ꝙ talis infirmitas potius ex maleficio q̄ naturali defectu contigit.Et per minas obiectas suspicatur đ maleficio. Sicut a simili si q̄s diceret.volo tibi cōburere horreū.τ effectus subsequit. vtiq̧ violentā causat suspitionem.ꝙ ille q̄ minas ꝑtulit horreum succenderit.lȝ fortassis ali⁹ τ non ipe cōbusserit.

Sequitur ad idē questio duodecima magis declarans qualiter sit inimicitia capitalis inuestiganda.act⁹ septimus.

Attento q⁹ a testimonio feredo tantūmodo inimici capitales reppellunt. vt supra quinta questione tactum fuit Inimicitiā aūt talem declarare ex his que in capitulo p̄cedenti tacta sunt iudici fortassis nimis obscurum τ difficile videatur.attento ꝙ delatus vel eius ꝓcurator nollent faciliter eius acquiescere decisioni sup materiā tactam que dicatur inimicitia capitalis τ que non. Ideo exprimendi sunt alij modi q̄bus in noticiam talis inimicitie iudex deueniret.vt insontem sic minime dānaret. ꝙ tamen reum per debitam iusticiā puniret.Et hi modi licȝ sint cautelosi seu etiam dolosi. tamen iudex illos practicare pōt in bonū fidei τ reipublice.cuȝ τ apostolus dicat.cum essem astut⁹ dolo eos cepi.specialiter etiā hi modi pra

eticant super delatos non diffamatos publice seu etiã nõ notatos p aliquod indicium facti. lz etiam iudex sup quos cunqꝫ delatos. vbi inimicitias cõtra deponentes allegarent. ⁊ nomina testiuꝫ omnino scire vellẽt. Primus modus est. Nam datur delato seu suo aduocato copie ꝑcessus ad partem suam. scilꝫ deorsum ⁊ nomina deponentiũ seu deferentiũ ad ptem aliam. non tñ eo ordine quo deponunt. sed isto modo vt nomen testis qui ẽ primus in copia sit sextus vel septimus in cedula. ⁊ q secundus sit penultim⁹ vel vltimus. ⁊ sic delatus. quis hoc deponat vel illud. ⁊ qs sit primus vel secundus in sua copia. quo stante. aut dabis omes inimicos: aut non. si omnes. eo citius reprehendetur delatus de mendacio. vbi cã inimicitie per iudicem scrutabit. si quosdam vo tunc facilius causa inimicitie inuestigabit. Secundus modus esset a simili vbi dareẽ aduocato ꝑcessus copia ad ptem vnam ⁊ deponentiũ noia ad ptem aliam. ⁊ adiunctis alijs extra neis que alibi a maleficis fuerũt ppetrata. ⁊ nõ a deponẽtibus seu testibus inscriptis deposita. sic delatus nõ poterit assertiue dicere illum vel istum inimicũ capitalez. quia nescit que sint ab illis contra eum deposita. Terci⁹ modus qui ⁊ supra tactus capitulo quinto. Nam quãdo delatus examinaẽ in fine secundi examinis anteqꝫ petat defensiones ⁊ anteqꝫ aduocatus sibi deputaẽ. Interrogetur. An reputet se habere inimicos capitales qui omi diuio timore postposito falso imponerẽt sibi labem heresis maleficarum. Et tũc forte impmeditatus ac improuisus ⁊ non visis deponentiũ attestatõibus. respõdet ꝙ nõ reputet se habere tales inimicos. vel si dicit puto me habere. tũc nominat. ⁊ illi inscribanẽ ⁊ causa etiã inimicitie. vt postmoduz iudex valeat co certius inuestigare. postqꝫ copia ꝑcessus ⁊ noia seorsum fuerint tradita modis qbus supra. Est ⁊ quartus modus vt iterum in fine secundi examinis aut confessionis de qua in sexta qõne circa secunda interrogatoria anteqꝫ dentur bi defensiones interrogaẽ de testibus q grani⁹ deposuerũt ꝯ eũ p hũc modũ Cognoscis tu talem vnũ noiando d testibus qui grauiora deposuit. ⁊ tũc dicet ꝙ sic vel ꝙ nõ. Si dicit ꝙ nõ. tũc nõ poterit expost dando sibi defensiones ⁊ aduocatũ ponere illum capitalẽ inimicũ. cum dixerit medio iuramẽto prius oppositũ. s. non noscere illum. Si aũt dicit ꝙ sic. tũc interrogeẽ si scit vel audiuit ꝙ ipe vel ipa egerit aliqd contra fidẽ sicut malefice solent facere. Si dicit ꝙ sic. Talia ⁊ talia fecit. Interrogeẽ si est eius amicus vel inimicus. statim respondebit ꝙ amicus. ⁊ hoc ideo vt eius testimonio stetur. ⁊ extunc in illa causa nõ põt dare illum inimicũ capitalẽ per suum aduocatũ cuꝫ medio iuramento p antea dixit eũ amicũ. Si aũt respondeat ꝙ nihil scit de eo. tũc interrogaẽ an sit eius amicus vel inimicus. ⁊ ipe statim rñdebit ꝙ amicus. qr allegare inimicũ d quo nil mali nouit nõ facit. Dicet ergo sum suus amicus. Attamen si scirem aliqua nõ omitterẽ qn illa reuelarẽ. In tali ergo causa nõ poterit eum ponere expost inimicũ. vl ad minus allegabit causas inimicitie capitalis a principio. ⁊ tunc aduocato adhibebiẽ fides. Quintus modus est. nam daẽ delato seu aduocato copia ꝑcessus suppressis noibus deponentiuꝫ ⁊ vbi aduocatus informabit euꝫ de singulis. cõiecturaẽ quis vel qui deposuerunt talia ꝯ eũ. ⁊ frequẽter venit in cognitõem. ⁊ tunc si dicet talis est inimicus capitalis. ⁊ volo ꝓbare p testes. tũc iudex habet considerare si concorditer iuxta ꝑcessum noiauit. ⁊ tunc qr dixit

velle pbare p testes. Illos examinabit z causas inimicitie examiabit secrete. cõuocato ad hoc bono consilio peritorũ vel antiquorꝫ in qbus latet prudentia. z si ita invenerit causas inimicitie capitalis sufficientes. tunc repellat prio testes. z illi dimittent si nõ assunt alia grauamina aliorꝫ testiũ. Et hic modus quintus vt cõmunis obseruat. z de fcõ maleficee cito ex copia pcessus eliciunt qui vel que adversus eam deposuerunt. Et qz rarissime in tali causa inuenit inimicitia capitalis. qz nisi ea que ex eorꝫ malis operibus oritur. Jõ iudex defacili se habet per p̄fatos modos resoluere. attento etiam ꝙ sepius deponẽtes affectant se personaliter maleficis p̄ñtare: z in faciez obijcere ea q̄ p maleficia eis sunt illata. Est z alius z vltim⁹ ad quẽ finaliter iudex recurrere põt vbi predicti modi fortassis iudicarent ab aliquibus dolosi. z per astutiã practicati p̄sertim quatuor primi. iõ oino ad satisfaciendũ z quietandũ scrupulosas mẽtes: z ne iudici quicꝗ obijciat. aduertat ꝙ postꝗ p p̄cedentes modos expertus ẽ nõ esse aliquã inter delatũ z deponẽtẽ capitalẽ inimicitiã. vult tñ hoc idez cõ cõsilio aliorꝫ assessorꝫ cõcludere in finẽ ne sibi qcꝗ obijciat. faciat hoc. det delato seu eius aduocato copiam processus. deponentiũ tñ z deferentiũ nominibus suppssis. z qz defendendo dicit se habere inimicos capitales. z fortassis causas inimiciciarũ varias allegat siue in re ita sint siue nõ. congregat tñ iudex cõsiliũ peritorꝫ cuiuscũꝗ facultatis si cõmode habere põt. vel ad minus ex pudis z honestis psonis qbuscunqꝫ. qz ad hoc tenet iuxta ca. statuta frequenter allegatũ. z illis totũ pcessuz integraliter z pfecte p notariũ seu scriptorem legi faciat. z testiũ seu deponẽtiuz noia publice exponat. ita tñ qd ad tenendũ secretũ sub prestito iuramẽto omnes astringat. z de illo an hoc facere velint prius habet inquirere. qz alias oino nõ sunt eis nomina illa exponenda. Expost dicat qualiter p talem z talem modum inquirendo de inimicitia nullã potuerit ppendere. Attamẽ subinferat si videbitur sibi e duobus vnuz aut per cõsiliũ discernat qui sint ex deponentibus repellẽdi tanꝗ inimici capitales z quõ aut eligant tres quatuor aut quinqꝫ qui amplius nouerũt in villa aut oppido. amicitiã vel inimicitiã. delati z testiũ. z qui nõ sunt p̄ñtes i cõsilio z publicent illis tantũmõ nomia delati z testiũ. nõ aũt articuli pcessus. z stabitur iudicio eorũdẽ. Ex p̄mo nõ poterunt bene testes repellere. attento ꝙ iudex suos modos inquirẽdi practicauit. Ex secundo vo totaliter se imunẽ faciet z oẽm a se sinistrã suspitiõem excutiet. Tenet etiam huncvltimũ modũ seruare vbi delatus in alieno loco z patria esset captus. Et hoc sufficiãt ad discernendũ sup inimicitiã.

Questio. xiiij. sup ea que ante interrogatoria in loco carceris z torture proponẽda. habet iudex aduertere. z ẽ actus octauus:

Quid deniqz iudice agendũ sit clare patet. Si eñ vt cõis exigit iusticia. ad penam sanguinis nõ iudicat nisi propria confessione cõuincat. ꝙuis ex alijs duobus habet p manifeste dephensa i heretica prauitate. s. ex euidẽtia seu indicia facti z ex testiũ pductõe legitima vt supra qõne septima tactũ fuit. z õ tali etiam delata ad p̄ñs ãgitur. tunc vtiqꝫ qõnibus z tormentis p criminũ fassione exponetur. Et vt questio clara sit ponatur casus qui z spire contigit z ad multorꝫ noticiam puenit. Quidaz ho-

nestus dum quandā mulierē ptranseū-
do non ei ad nutum in venditione cu-
iusdam rei venalis complacere voluis-
set.illa indignata posterguʒ clamauit.
In breui optasses vt annuisses. ꝛ est vsi
tatus sic modus loquendi maleficarū
vel a simili sensu qñ maleficiū ꝑ auisa-
menta volunt inferre.tūc ille indigna-
tus ꝛ nō immerito sup eam vultū post
tergum vertit vt eam quo animo ver-
ba ꝓtulissʒ inspiceret.ꝛ ecce subito ma-
leficio ꝑcussus os suum in obliquum
horribili deformitate vsqꝫ ad aures ex-
tenditur.nec retrahere potuit sed mul
to tēpe in illa deformitate ꝑstitit. Hic
euidens factuʒ iudici ꝓponitur. casuʒ
ponimus ꝛ an ꝓ manifeste dep̄hensa i
heresi maleficaruʒ sit habenda querit̄.
Respondere opter ex verbis Bern. in
glo.ordinaria.ꝛ in ca.ad abolendā. vt
supra qōne notata tangit̄ ꝙ sic.eo ꝙ tri
bus modis vt ibi tangit̄ quis vt taliter
dep̄hensus iudicatur. ꝛ illa etiam tria
non copulatiue.i.ꝙ omnia tria habent
insimul cōcurrere. sed vnūquodqꝫ per
se.s.euidentia facti.testiū legitima ꝓdu
ctio ꝛ ꝓpria cōfessio.reddit maleficā vt
manifeste dep̄hensam reputari. Indi-
cium aūt facti differt ab euidentia. qa
cum minus sit ꝙ̄ euidentia tñ capitur
etiam ex verbis ꝛ opibus maleficoꝝ.vt
in illa qōne septima tangitur.ꝛ iudica
tur ex maleficijs non ita subito sed ꝓ-
cessu temꝑis illatis.p minas tamē etiā
p̄cedentes.sicqꝫ concludamus ꝙ de si
milib⁹ maleficis delatis. ꝛ que sub de-
fensionibus vt p̄missum est .defecerūt
etiam vel nō defecerunt.eo ꝓ nō fuerīt
concesse.nō concesse aūt quia nō fuerīt
petite.iam nostra questio versat̄.qd iu
dici agendū.ꝛ qualiter ad qōnes sit ꝓ-
cedendum ꝓ dicenda veritate in puni
tōem sanguinis. Ubi plura sunt iudi-
ci ꝓpter ingentes labores cōtra malefi-
ciū taciturnitatis aduertendo que etiā
successiue ꝑ capitula deducent̄. Et pri-
mū est.ꝙ ad maleficā questionandam
nō sit ꝓnus.habeat tñ ad certa signa q̄
sequent̄ aduertentiā. Quare aūt nō de
bet esse facilis.causa est.quia nisi diui-
na coactio ꝑ sanctū angelū vt malefi-
ciū diaboli abscedat.ꝓcurrat.ita insen-
sibilis in illis doloribus efficit̄.vt mē-
bratim citius discerperet̄ ꝙ̄ aliquid ve
ritatis fateri valeat. Nec ꝓpter omittē
dū.tū q꜡ non equaliter oēs sunt huiōi
maleficijs irretite.tum etiam quia dia
bolus sponte interdū non coactus san
cto angelo maleficā fateri crimina per
mittit. Pro cuius intellectu ea que su
pra in secunda parte operis. de modo
p̄stādi homagiū diabolo tacta sunt ad
uertenda. Sunt nanqꝫ que sub certis
annis prius diabolo militāt vt sex octo
aut decem annis anteꝙ̄ sibi homagiū
prestant.s.in corpore ꝛ aīa se eis deuo-
uendo.vbi tamen alie a principio sibi
ꝓfitendo fidei abnegatōem etiaʒ subi-
to homagiū prestant. Cur aūt diabol⁹
hoc spacium temꝑis postulatum acce
ptat vtiqꝫ ea de causa.vt illo itermedio
maleficam experiatur an ore tñ ꝛ non
corde fidem abnegando. simili modo
etiam homagiū sibi prestaret. Nā cuʒ
diabolus intima cordis nō nisi per ex-
teriora ꝛ cōiecturaliter cognoscere hʒ.
vt in prima parte operis sub difficul-
tate an demones ad odium vel amorē
mentes hoīm immutare possint. plu-
res etiam reperiant̄ que necessitate ali
qua aut egestate inducte per alias ma-
leficas.ꝛ sub spe confessionis ꝛ euasio-
nis a fide in toto vel in parte apostatāt
tales vtiqꝫ etiam non coactus a sancto
angelo relinquit.vnde ꝛ faciliter sua cri
mina fatentur.cum tamen alie q̄ sicut
ore immo ꝛ corde sibi adheserunt pro
viribus ab eo defendant̄ ꝛ indurantur
ad taciturnitatis maleficiū. Et per hec
patet solutio ad qōnem.vnde ꝓuenit

certe malefice de facili fatent. alie vo minime. quia vbi diuinitus diabolus nō repellitur adhuc tñ spōte illas relinq̄t. vt per talem cōfusionē ⁊ horribilem mortē ad desperatōem inducat q̄s corde allicere nunq̄ poterat. Patent hec etiam ex sacramentalibus earū confessionibus. in q̄bus asserunt se nunq̄ voluntarie adhesisse. ⁊ plura maleficia coacte a demonibꝰ intulisse. Est ⁊ alia differentia q̄ cernūt aliq̄ post fassionē criminū sibipis morē intentare vt laqueo vel suspendio vitam sibipis auferant. q̄d vtiq̄ inimicus ille operat. ne p̄ sacramentalē confessionē veniā a deo consequant. ⁊ hoc p̄cipue illis que nō voluntarie sibi adheserūt lʒ ⁊ aliis q̄ sibi voluntarie adheserūt: post criminū fassionē intentat. sed tunc cernit q̄ diabolus coacte maleficā habuit relinquere. Cōcludamus q̄ tantus vel etiā maior p̄supponit labor ad questionandū p̄ dicenda veritate maleficā quantꝰ ad exorcizandū a demone possessum. Jō iudex nec voluntarius nec facilis ad hʒ esse debet nisi vt dictum est in punitiōʒ sanguinis. Sed ⁊ in hac causa faciat diligentiā put sequit primo ferendo sententiam.

Questio. xiiij. de modo sentētiandi delatam ad questiones ⁊ quō prima die sit questionanda. ⁊ an possit conseruatōem vite cōpromittere. actus nonus:

Quid deniq̄ secūdo loco iudex habet aduertere stat post actus in eo q̄ feret sniam p̄ modū qui sequit. Nos iudex ⁊ assessores. attendētes meritis. seu cōsiderantes merita p̄cessus facti per nos cōtra te talem. talis loci. talis diocesis. ⁊ diligenter omnibus examinat inuenimus q̄ tu es varius in tuis confessionibꝰ. vtpote q̄ dicis tales minas p̄tulisse nō aūt eo nocendi aīo. ⁊ tñ nihilominus sunt indicia varia que sunt sufficientia te ad exponendū q̄onibus ⁊ tormentis. Ea p̄pter vt veritas ab ore tuo p̄prio habeat. ⁊ vt deinceps aures iudicum non offendas. Interloquēdo declaramus. indicamus ⁊ sentētiamꝰ. die p̄nti ⁊ hora tali te supponendū questionibus ⁊ tormētis. Lata fuit hec sententia ⁊c. Secundo stat actus in eo q̄d vt p̄missum est adhuc non sit voluntarius ad questionandū. sed carceribꝰ ad penam mancipatus. ⁊ non iam ad custodiā tm̄ vt prius ⁊ adhibitis eiꝰ amicis vt penas subterfugiat. ⁊ q̄ fortassis morti non tradet. lʒ al's punietur vbi veritatē fatet. illis p̄ponat. ⁊ q̄ ad hoc ipm delatū inducere velint hortat. Nā meditatio frequens ⁊ carceris calamitas ac replicata informatio p̄bor̄ viror̄ disponūt ad veritatē erudiendā. ⁊ a nobis expertū est q̄ p̄ hmōi informatōes malefice taliter confortate fuerūt vt in signū resistentie in terram spuentes q̄si in faciem diaboli dicebant. exeas maledicte diabole faciam q̄d iustum erit et consequenter crimina sua fatebant. Si vo cōuenienter delato expectato ⁊ t̄pe congruēter p̄rogato ⁊ multipliciter informato. Credat iudex bona fide ipsū delatum negare veritatem. questionet eū moderate vtpote sine sanguinis effusione. scientes q̄ questiones sunt fallaces. ⁊ sepius vt tactū est inefficaces Est aūt modus incipiendi talis. vt dū ministri se disponūt ad questionandū post expolient eum. vel si est mulier p̄us anteq̄ ad carceres penosos ducetur al aliis mulieribus honestis ⁊ bone fame expolietur. ea de causa vt si maleficium aliquod insutum esset vestimētis put sepe ex informatiōe demonū practicant. ex membris queri non baptisa

ti.in finē vt pueri visione beatifica pri
uentur. Et dum instrumenta disponū
tur iudex p se ꝛ p alios bonos viros fi
dei zelatores inducant questionandū.
ad fatendū veritatē libere. ꝛ si fateri no
luerit mādet ministris ꝙ ad cordas li
get. vel ad alia instrumenta applicetur
ꝛ ibi statim obtempent nō leti sed qua
si turbati. post iterū soluat ad petitōes
aliquoꝝ. ꝛ ad ptem trahat iterū indu
cat ꝛ inducendo informet ꝙ nō tradet
morti. Ubi querit. An hoc iudex sup
delatū infamatū. ꝛ p testes ꝛ indicia fa
cti legitime cōuictū. cum nihil desit ni
si vt ore ꝓprio crimen fateatur. possit li
cite in cōseruatōem vite cōpromittere
cum tñ si crimē fatet vltimo supplicio
puniet. Rñdetur a varijs varia sentiū
tur. Nam quidā ita sentiunt ꝙ si dela
ta est plurimū infamata ꝛ sup indicia
facti violenter suspecta. ꝛ ꝙ ipsa in ma
gnū nocumentū sit tanꝗ aliaꝝ malefi
carū magistra. etiā tunc securari posset
de vita sub his circūstātijs. vt ppetuis
carceribus in pane ꝛ aqua adiudicare
tur. dūmodo alias maleficas sub certꝭ
ꝛ verissimis signis manifestaret. nec tñ
illa pnia carceris vt ponit ei manifestā
da esset. sed dūtaxat securitas vite pro
mittenda ꝛ aliquali pnia puniēda per
exiliū vel alio mō puniēda. Et sine du
bio ꝓ maleficis famosis ꝛ ꝑsertim que
maleficis medicaminibꝰ insistūt. ꝛ ma
leficiatos supstitiosis actibus curāt ta
liter seruande essent. vt aut maleficiatꝭ
subuenirent aut maleficas ꝓderēt. nec
tñ eoꝝ ꝓditioni staret eo ꝙ diabolus
mendax nisi pariter ꝛ alia indicia facti
cum testibus concurrerent. Alijs vide
tur ad idem in casu quo sic carceribus
deputata esset ad tps ꝓmissio seruāda.
ꝛ post spaciū tempis incinerāda. Ter
cij sunt qui dicunt iudicem secure pos
se in cōseruatōnem vite cōpromittere.
ita tamen ꝙ expost a sñia ferenda se ex

oneraret ꝛ in suū locum aliū substitue
ret. Inter quos modos primus lꝫ vide
retur vtilis ꝓpter maleficiatoꝝ curatōꝫ
tamen quia nō est licitū maleficia per
maleficia seu illicita opa tollere licꝫ vt
in qōne prima ꝛ introductoria huiꝰ ter
cie partis patuit. plurimoꝝ opinio sit.
ꝙ licitum sit maleficia per opa vana et
supstitiosa tollere. Sꝫ qꝛ in his magis
docet iudices experiētia atꝗ vsus ꝛ ne
gocioꝝ varietas ꝗ ars alicuius seu do
ctrina. Ideo relinquit hoc iudicibus.
Certum est autem vt experientia plu
ries docuit. multi faterent veritatē nisi
ꝙ metu mortis retrahunt. Tercio stat
actus in isto ꝙ si nec minis nec talibꝰ
ꝓmissis fateri voluerit veritatē. tunc
ministri sñiam latam exequant. ꝛ que
stionet consuetis modis ꝛ non nouis.
nec exquisitis leuius vel fortius ſm ꝙ
crimen exigit delinquentis. ꝛ dū que
stionat de certis articulis. sup quibus
questionat. interrogetur. ꝛ hoc sepe et
frequenter a leuioribꝰ incipiendo. qꝛ ci
tius concedet leuia ꝗ grauiora. Et dū
hec fiunt notarius totum scribat in ꝓ
cessu. ꝛ quō questionat ꝛ de quibus in
terrogat ꝛ quō respondet. Et nota ꝙ si
fatetur p tormenta ducatur postea ad
alium locum. vt denuo recognoscat. ꝛ
ꝙ non tantūmodo vi tormētoꝝ cogno
uerit. Quarto stat actus in isto ꝙ si q̄
stionatus decenter noluerit fateri veri
tatem. Ponant alia tormentoꝝ gene
ra coram eo dicendo ꝙ oporteat eū su
stinere nisi fateatur veritatem. Quod
si nec sic poterit ad terrorem vel etiam
ad veritatē induci. tunc ꝓ secunda aut
tercia die questionanda ad continuan
dum tormenta non ad iterandum. qa
iterari non debent. nisi noua supuenis
sent indicia feretur coram eo sententia
in modum qui sequitur. Et nos prefa
ti iudex vt supra. Assignamus tibi tali
diem talem ad questiones ꝯtinuandū

vt a suo ore ꝓprio veritas oꝛ latur. ⁊ totuꝫ ponat in ꝓcessu a notario. Et infra illud tps assignatuꝫ iudex per se aut ꝑ alios ꝓbos viros inducent eũ ad fatẽdum veritatẽ modo ꝑmisso cum securitate vite si ita videbitur expedire. Aduertat etiam iudex vt infra illud tpus cõtinue apud eam sint custodes. vt videlicet sola nõ relinquat. q2 a demone frequentabit. vt sibipi mortem inferat si ⁊ inquantũ diabolus ipam deserere intendit. aut ad deserendũ ipaꝫ diuinitus arcetur. hoc ipm. n. diabolus melius noscere põt q̃ aliquis scriptis reserare.

Questio. xv. super tormenta continuanda. ⁊ de cautelis ⁊ signis quib9 cognoscere põt iudex maleficam. ⁊ quõ se ab eaꝝ maleficijs debet premunire. et quõ sint abradẽde ⁊ vbi sua habent maleficia abscondita cum declarationibus varijs ad obuiandum maleficio taciturnitatis. ⁊ est actus. x.

Quid autẽ consequenter restat iudici super tormenta ꝯtinuanda. Est aduertendũ pꝛimo. q sicut nõ oim moꝛboꝝ est eadem medicina. sed potius diuersoꝝ ⁊ singuloꝝ sunt diuerse ⁊ singulares medicine. sic nec ad oẽs hereticos seu de heresi delatos. idem modus interrogandi inquirendi ⁊ examinandi q̃ ad articulos est seruandus. sed ẜm veritatẽ sectarũ ⁊ personarũ varius ⁊ diuersus modus examinãdi. Jccirco ipe pꝛudẽs iudex vt medicus qui putrida membꝛa ⁊ scabiosas oues resecare ⁊ sequestrare ab innoxijs nitit, iam estimare põt delatam maleficio taciturnitatꝭ infectam. quam taciturnitatẽ euellere non põt. vna ⁊ infallibilis depingi regula siue modus. imo etiam dare non esset tutum. eo q cum illum modũ cõsequenter assuetum ac regulaꝫ generalem. dum tenebraꝝ filij ꝑuiderent ipm tanq̃ laqueum sue perditionis facili9 euitarent seu etiam ꝑcauerent. Cur et igit prudens ac industrius iudex occasionẽ ⁊ modũ interrogandi accipe siue ex testium responsis seu attestatõibus siue ex his que alias expientia euꝫ docuit. siue ex his que ꝓprij ingenij acumen aperit. subscriptis cautelis vtẽdo. Nam si inuestigare affectat an maleficio taciturnitatis sit inuoluta aduertat an lachꝛimare coram eo stando queat. aut tormentis exponendo. hoc ipm. n. ꝓ certissimo signo ex fidedigno ꝝ antiqua relatione ac ꝓpria expientia docente adeo reptum est q etiam si ad lachꝛimandũ cõiurationibus hoꝛtet ⁊ compellatur si malefica existit hoc ipm scꝫ lachꝛimas emittere non põt. dabit quidem flebiles voces ⁊ ex sputo genas ⁊ oculos linire acsi fleret attentabit. sup quo a circumstantibus caute aduertẽdum erit. Modus aũt ꝯiurandi ad lachꝛymas veras si innoxia fuerit ⁊ cohibere lachꝛimas falsas. talis vel consimilis in sentẽtia pꝛacticari potest a iudice seu pꝛ̃sbꝛo. manũ super caput delati seu delate ponendo. Coniuro te per amoꝛosas lachꝛimas a nostro saluatore dño iesu xpo in cruce ꝓ salute mundi effusas. Ac per ardentissimas lachꝛimas ipius glorisissime virginis marie matris eius super vulnera ipius hora vespertina sparsas. ⁊ per omnes lachꝛymas quas hic in mundo oẽs sancti ⁊ electi dei effuderunt. ⁊ a quoꝛum oculis iam oẽm lachꝛymã abstersit. vt inquantũ sis innoxia lachꝛymas effundas, si nocens nullo modo. in noie pa

tris et fi.t.ff. Tamen. Experientia docuit quanto amplius coniurabant tanto mi nus flere poterant. cum tn̄ vehemēter se ad fletum stimulabant et genas sputo humectabant. Possibile tn̄ vt post i absentia iudicis et extra locum et tempus torture coram custodibus flere valeant. q̄ si causa impedimēti fletus in maleficis queritur. Potest dici q̄ quia gratia lachrimarū in penitentibus p̄cipuis donis ascribitur cum celum penetrare et inuincibilē vincere humilis lachryma a bernardo asserit. nulli dubium quin et inimico salutis plurimū displicere noscit. vnde et summis conatibus illas impedire nemo ambigat vt finalis impenitētia potius introducat Sed quid si astutia diaboli deo pmittente etiam maleficam flere contingeret cum flere nere et decipe etiam proprium mulierum dicatur. Responderi potest cum occulta sint dei iudicia. si al's non posset conuinci per legitimos testes super aliqua iudicia facti. nec etiam suspecta esset grauiter aut violēter vtiq̄ esset absoluenda et p leui suspitione in qua staret propter infamiā quaz testes deposuerūt haberet heresim maleficarū abiurare. vt in secundo modo sententiandi discutietur. Secūda cautela non solum post hanc primā obseruanda. verūetiam omni tempe iudici et omnibus assessoribus aduertēda q̄ nō permittant se ab ea tangi corpaliter. p̄sertim super nudam iuncturaz manuū et brachiorum. sed omnino secum deferat sal exorcizatū in die dn̄ico palmarum et herbas benedictas. hec em̄ res insimul cuz cera benedicta inuoluta et in collo deportata. vt supra in secunda pte operis de remedijs cōtra maleficiales infirmitates et defectus patuit. miraz habent efficaciam preseruandi nō solum ex maleficarū testimonijs. verūetiam ex vsu et psuetudine ecclesie que in hūc finez hmōi exorcizat et benedicit. vt ptz in earū exorcismis cum dicitur ad effugandaz omnē potestatē inimici et c̄. Et non videatur extraneū de tactu iuncturarum seu membrorum. quia diuina permissione interdū per tactū aliqn̄ per visum aut per auditum verborum ab eis p̄latorum maleficiare operatōe demonum possunt. precipue eo in tpe vbi questionibus exponuntur. Experientia nos edocente. nouimus quasdaz in castris detentas que nil aliud a castellanis instantissimis p̄cibus flagitabant nisi vt in aduentu iudicis aut alterius p̄sidētis eis concederet vt primū intuitū visus in ipm iudicez dirigere possent anteq̄ ab eo vel alijs essent vise ex quo intuitu etiaz sortite q̄ talis iudex aut alij sui assessores. ita alienati in eorum cordibus fuerunt q̄ omnem si quam habuerant dignatōem amiserūt. nec ipas molestare quoquo modo p̄sumebant. sed libere abire permiserunt: qui scit et expertus est verum dat testimoniū. et vtinam talia pcurare non possent. nō paruipendant iudices talia auisamenta et remedia. cum vilipensio talium p⁹ tanta auisamenta in eternam eis cedet dānationem. iuxta saluatoris dictuz. Si non venissem et locutus eis non fuissez peccatum non haberent. nunc autē excusationem non habent pro peccato. Muniant ergo se premissis ex ecclesie institutōe. et si cōmode fieri potest. ipa a tergo dorsum vertendo ad iudices et assessores introducatur. et non soluz in presenti actu verum in omnibus p̄cedentibus et sequentibus signo crucis se muniendo et viriliter aggrediendo frangentur cum dei adiutorio vires antiqui serpentis. Nec quis hominuz estimat superstitiosum vt a tergo introducatur cum (vt sepe tactum est) canoni-

111 Cautela

ste an tollendū & impediēdū maleficia maiora cōcedunt. & vana vanis cōtundere sp dicant esse licitū. Tercia cautela in pñti actu vndecimo obseruanda. vt pili ex omni pte corpis abradant. et est eadē rō sicut supra de vestimētis exuendis. habent. n. interdū p maleficio taciturnitatis aliquas supstitiosas alligaturas quarundā rerum siue in vestimentis siue in pilis corpis & interdū i locis secretissimis nō noiandis. quod si obijceret. Nunqd diabolus absq huiusmodi ligaturis rerū posset mentes malefice indurare. vt crimina nō valeat fateri. sicut & alij scelerosi sepius inueniunt. sub quibuscūq maximis tormētis quātumcunq per indicia facti aut p testes sint cōuicti. Respōdet vtiq verum esse q absq rebus qbuscunq demon valeat talem taciturnitatē pcurare. illis tñ rebus vtit in aiarū pditōem & offensam maiorē diuine maiestatis. qd vt clarius pateat. Malefica quedā in oppido hagenowe de qua & supra in secunda pte opis tactū est. tale maleficium taciturnitat pcurare sciebat vt masculus recenter natus & nō baptisatus & cum hoc primogenitus interemptus & in fornace assatus & cum alijs rebus quas exprimere nō expedit incinerat9 & pulverizatus. si qua malefica aut flagitiosus ex his quicq secū deferret nullo mō sua crimia fateri poss. Hic clarum est q si centum milia pueri adhiberent ex naturali inclinatōe nunq talem effectū taciturnitatis causare possent. vtit tñ vt cuiq intelligenti pat in aiarū pditōem & diuie maiestatis offensionē. Sed & hoc qd allegat q sepe flagitiosi hoies & n maleficí talē penes se taciturnitatē retinent. Dicendū ē q tal taciturnitas triplici ex cā puenire pōt. Primo ex naturali quodāmō duricia mentis. quia sicut aliqui sunt molles corde seu vecordes. q ad leuem torturam omnia concederent etiam quecūq falsa. ita aliqui sunt ita duri q quantumcunq vexent veritas ab eis nō habetur. & pcipue illi q als fuerūt questionati. quorū brachia cito sicut trahunt ita & flectunt. Secundo puenit ex maleficio penes se retento put dictū est siue in vestimentis seu in pilis corporis. Tercio q interdū licet penes se nō habeāt maleficia insuta aut allegata maleficiunt tñ ab alijs maleficis quantūcunq remotis. put malefica quedā in ysbruck se iactare solebat q vbi ad minus filū ex vestimētis alicuius detenti haberet tm efficere posset q quantūcunq tormentaret etiam vsq ad mortem nihil fateri posset. quare patet rñsio ad obiectōem. Sed quid in dioceci ratisbonensi casus ptigisse asseritur. q dum quidā heretici ex ppria cōfessione deuicti non solum vt impenitentes. immo vt defensores illius perfidei morti fuissent adiudicati. accidit vt illesi in igne remanerent. tandē p aliam sniam ad submersionē adiudicati nihil pficere potuerūt stupentibus oibus & fidem ipōrū vt iustam defendere dum quidā conabantur sollicitus presul super gregem triduanū ieiuniū indixit. quo deuote expleto cuidam notificat q in certo loco corpis vicz sub brachio vno maleficium quoddā inter pellem & carnem insutum haberent quo reperto & amoto cōtinuo incendio cōsumpti fuerunt licet ab alijs opinat q quidā nigromaticus ex demonis consultatōe qui sibi hoc indicauerat pdidisset. sed quocūq modo factu fuerit. verisimile est q diuina virtute demon coactus dum semper ad subuersionem fidei machinatur hoc manifestauerit. A simili vbi talis iudici acciderit casus. quid faciendu foret elicere pōt. si videlicet ad diuinum recurrere psidium. vt ieiunijs & orōnibus deuotarū psonarū hoc gen9 demo

nlorum a maledicis expellat in casu q̃
nec per mutationem indumentorum aut
tonsuram pilorum ad veritatem fatendam
sub tortura induci valeant. Et licet in
alemanie partibus talis abrasura pre-
sertim circa loca secreta plurimũ cense
tur inhonesta. qua de causa nec nos in
quisitores vsi sum⁹. sed tonsis capillis
capitis cum calice aut cipho aque be-
nedicte guttulã cere benedicte immit-
tendo. et sub innocatõe sanctissime tri-
nitatis ieiuno stomacho trinies in po-
tum ministrando per dei gratiã a ple-
risq; taciturnitatis maleficium abstuli-
mus. tamen in alijs regnis inquisito-
res talem per totũ corpus abrasurã fie
ri mandãt vnde et cumanus inquisitor
nobis insinuauit q; anno elapso q̃ fuit
Mccccclxxxv. xl. et vnã maleficas inci-
nerari mandasset. omnibus per totum
corpus abrasis. et hoc in districtu et co-
mitatu burbie. vulgarit' wurmser bad
in 9finib⁹ archiducis austrie vsus me-
diolanũ. Qd si queritur. an tpe necessita
tis quo nullis remedijs 9gruis malefi
ciũ remoueri vt pmissum est licitum fo
ret diuinatrices que etiam maleficia cu-
rare et tollere solent p amotione talis
maleficij cõsulere. Rñsio quicqd sit de
negocio ratisbone pacto exhortamur
in dño vt in nullo casu q̃tumcunq; ne
cessario p republica diuinatrices cõsu-
lent. et hoc pter magnã offensam diui
ne maiestatis cũ tot alia sint nobis re-
media cõcessa. p que oino assequi pote
rimus. aut in propria petiti forma. aut
in equiualenti. ita q; oino veritas expe
rietur vel ab eius ore vt incinerari va-
leat vel deus auferet ipsam de medio.
aliã mortẽ super eam pmittendo. Hec
aũt nobis remedia pponunt. vt primo
faciat homo id qd potest ex propria in
dustria et ex propria viriũ suarum exer-
citatõne modis supra tactis insistendo
pluries et presertim certis diebus vt iã
in seqnenti questõne patebit. ij. Corin.
ix. Abũdetis in omĩ op⁹ bonum. Scdo
q; si deficit recursum hẽat p consilio ad
alios hoies. q̃ forte sibi remedium de q̃
nunq; cogitauerat impartiret eo q; va-
rij sunt modi ad maleficia tollẽda. Ter
cio si pdicta deficiũt hẽat recursum ad
deuotas psonas. iuxta illud Eccli. xx-
xvij. Cũ viro sancto assiduus esto quẽ
cũq; agnoueris obseruantẽ timorẽ dei
Item vt scti in patria innocent p eos.
Que si oĩa defecerint recursum ha-
beat immediate ad deum iudex et oĩs
ppl's ieiunijs et oratõib⁹ vt tale male-
ficiũ sua pietate ãmoueat. sicut Iosa-
phat. ij. palip. xx. Cum ignoram⁹ quid
agere debeam⁹. hoc solum habem⁹ resi-
dui: vt oculos nostros dirigam⁹ ad te.
et sine dubio de⁹ in necessarijs nr̃is nõ
deficiet. Vñ et Aug. et habet. xxvj. q.
vij. nõ obseruabit. Qui has et quascũ-
q; diuinatões aut fata aut auguria ob
seruat aut attendit. aut consentit obser
uantib⁹. aut talib⁹ credit. s. ope psequẽ-
do. aut ad domũ eorum vadit. aut in do-
mũ suã introducit. aut interrogat. sciat
se fidem xpianam et baptismum puari
casse. et paganũ et apostatã et dei inimi-
cum. iram dei in eternũ grauiter incur
rere. nisi ecclesiastica penitentia emen-
datus: deo reconcilietur. Non deficiat q̃
iudex semper licitis vtendo iuxta pre
missa remedijs et finaliter subscriptis
cautelis.

Questio. xvj. de tempore et de secundo modo interrogãdi et est act⁹. xj. super finales cautelas a iudice obseruandas.

SUper premissa
sunt aliq̃ aduertẽda. Primo
q; sacratiorib⁹ diebus et infra
missarum solẽnia sũt interrogande. ita vt et
ppl's adhortetur ad implorãdũ diuinum

auxiliū in generali nihil specificādo ni si vt cōtra q̄scūq̧ demonū infestatōes sctī innocent. Scdo ea q̄ supra tacta d̄ sale ꝛ alijs reb⁹ bn̄dictis cū septē vbis q̄ xp̄c ptulit in cruce in cedula ꝯscriptis ꝛ inūmul colligat̄ collo ei⁹ alligent longitudo xp̄i sup nuduȝ corp⁹ ex cera bn̄dicta circūcingat. si quideȝ longitudo ipa comode hr̄i pōt. experientia docuit miro mō his reb⁹ ipas molestari vix q̧ retinere p̄cipue aūt reliq̄as sctōꝝ. His sic dispositis et aq̄ bn̄dicta in potum porrecta. disponat iterū ad q̄ões. ꝯtinuo exhortando vt pri⁹. dum aūt a terra eleuat. si p talē modū tormentat. iudex legat vel legi faciat dicta testium submissis noīb⁹. taliter dicendo. ecce p testes ꝯuicta es. Iteȝ si testes vellent se facie ad faciē adfrontare: tūc iudex interrogaret. an fateri vellet si testes sibi i faciē p̄ntarent. vbi si annueret tūc inducendi testes eēnt ꝛ coraȝ eo statuendi si forte rubore seu verecūdia quicq̧ fateret. Vltimo si videat ipaȝ nō velle detegere flagicia sua. interrogabit an pro sua innocētia iudiciū candent̄ ferri vellet subire. ꝛ q꞉ illud oēs affectāt scientes q̧ p demones a lesione preseruant̄ vn̄ etiā q̧ vere malefice existant cognoscunt. replicabit iudex. q̄ temeritate se tantis periculis submittē possit. ꝛ omnia cōscribant. ꝫ q̧ illud candent̄ ferri iudiciū nō sit eis cōcedenduȝ. inferius patebit. Aduertat etiā iudex q̧ sext̄ ferijs p̄cipue vsq̧ dum fit cōpulsus pro expiratōe nr̄i saluatoris interrogate se pe fasse fuerūt. Sȝ q꞉ sup extremū nos pcedere optet vicȝ sup oīmodā ei⁹ negatiuaȝ. in q̄ si ꝑstiterit iudex relaxabit eā. ꝛ sequentib⁹ adhoc vtat cautel. educendo eā de carcere penoso ad aliuȝ p custodia tn̄ bn̄ munitū. ita tn̄ q̧ sibi oīno caueat q̧ nullo mō tradat cautionibus seu fideiussionib⁹ nec aliās manu lentezia decreto. q꞉ a talibus manulēte oatis veritas nunq̧ hr̄et: imo sp pesiores efficiunt. Sȝ hoc p̄s pcuret q̧ hūaniter cibo et potu tractet et interim intrent honeste ꝛ nō suspecti q̄ etiā freq̄nter de diuersis in ptinentib⁹ ei colloq̄ntur. ꝛ tandē vt ꝯfidenter cōsultāt q̧ fateatur veritateȝ pmittendo q̧ iudex sibi faciet gratiā: ꝛ q̧ velint eē tanq̧ mediatores. Et in fine hui⁹ intrabit iudex ꝛ pmittet facere grām. sub intelligendo vl sibi aut reipublice in cui⁹ ꝯseruatōeȝ totum qd̄ fit est gratiosuȝ. si vo sibi ad vitā pmitteret que supra. q. xiiij. sup tres modos tacta sūt. scribant singula a notario ꝛ sub q̄ forma verboꝝ ac intentōne sit gratia pmissa. Et siquidē delata sic grāȝ petierit ꝛ facta dixerit. dicātur verba generalia q̧ ampli⁹ fiet sibi quaȝ ipsa petierit in fine vt amplior cōfidētia loquat. Scda cautela ī hoc actu q̧ si oīno noluerit detegere veritatē hēat iudex vt supra tactū de ei⁹ ꝯplicib⁹ sine ipsi⁹ scitu examinatis et si quid h⁹mōi deposuissent p q̄ cōuinci posset. hec iudex pponat: et diligenter de singulis inuestiget. ꝛ ad idem si q̄ instrumenta vl vnguenta et pixides in domo fuissent reperta sibi offerentur. ꝛ ad q̄ vsa fuerit ꝛc. Tercia cautela si adhuc pseuerat in sua ptinacia et habeat consodales examinatas que cōtra et nō p ea deposuissent. vel si nō habȝ pcuret alium fide dignū quē nouit detente nō ingratum sed tanq̧ amicū ꝛ fautorē. qui quodaȝ sero intrat ad maleficaȝ ptrahendo locutiones. et tandem siquidem non est de complicibus. fingat nimis esse tarde p recessu et remaneat in carcere cuȝ eadem ꝛ de nocte pariter colloquātur. si vero de complicibus tunc edentes ꝛ bibentes mutuo etiaȝ conferunt de rebus cōmissis. et tunc sit ordinatum q̧ stent extra carcerem in loco cōgruo explorantes eos auscultātes ꝛ verba colligentes. ꝛ si opus fuerit scriptor sit cū

eisdem. Quarta cautela vt si tunc inci piet dicere veritatē. nullo modo dimi diet iudex recipe eius confessionē etiā media nocte sed continuet quantū po test. et si in die nō curet si proroget prandium vel cenā sed instet quoadusqꝫ di xerit veritatē saltem quo ad principa lia. nā per dimidiatōnes et interruptiones frequentius est repertum qꝫ rede unt ad vomitū et nō aperiūt veritatem quā detegere inceperāt habito cōsilio deteriori. Et aduertat iudex qꝫ post cō fessionem nocumentorꝫ hominibꝰ aut iumentis illatorꝫ inquirat quot annis incubū demonē habuerit. et a quanto tempore fidē abnegauerit. quia sicut de his nunqꝫ fatent. nisi prius alia fuerint fas se. ita etiā oīno in fine sunt interrogan de. Quinta cautela si predicta omnia deficerent. tunc si fieri pōt ducat ad ali qđ castrū et ibi certis diebꝰ custodie mā cipata fingat se castellanus ad partes longinquas peregrinaturū et interim familiares aliqui vel etiā mulieres ho neste eam visitantes pmittant ei qꝫ ve lint eā oīno dimittere libere abire dū modo informet eos vel eas de certis ex perimentis. Et aduertat iudex qꝫ sepis sime p talem modū fasse fuerūt et con uicte. Et nouissime in diocesi Argenti neñ. prope oppidū Sletstat et castro kyn nigkheim malefica detenta nullis tor mentis et qōnibꝰ induci poterat ad fa tendū sua crimina. tandē modo supra dicto de castellano seruato. licet p̄sens erat in castro ipm tamen malefica esti mabat abesse. tres familiares intrabāt et ei liberam relaxationem pmiserunt dūmodo super certa experimenta eos informaret. Et licet prima fronte renu eret. et qꝫ dolose cum ea agerent ppone ret. tandem interrogans de quibꝰ infor mari vellent. vnus dixit sup grandinē excitandū. alter sup carnalia facta tan dem vbi sup grandinē illū informare volebat iit scutella aqua plena apporta ta malefica sibi iniūxisset vt digito pau lulū aquā moueret et in ipsa certa ver ba ptulisset subito ad locū quē explo rator noīauerat. f. siluā adiacentem ca stro tanta potestas et grādo repleuit si cut a multis annis visū nō fuerat. In casu tamen quo oīa deficerēt vel etiā in casu quo crimina fateret quid vlte rius iudici p sentētiā faciendū sit vt to tus pcessus fineat in quo vltima pars huiꝰ operis terminat restat declarare.

Sequitur tercia pars huiꝰ vl time partis operis qualiter p cessus iste fidei sit debito fine per sententiam diffinitiuam ter minandus.

Per dei gratiam his expeditis q̄ ad cognitōnem p̄dictatum sup heresim maleficarū deseruiunt simul etiā qualiter processus fidei ad uersus illā sit initiandus et ꝯtinuandꝰ: restat nūc discutere qualiter talis pro cessus p debitam sententiā sit congruo fine terminandus. Ubi primo notan dum. qꝫ cū heresis hec vt in principio huiꝰ vltime partis tactū est. p̄ alijs he resibꝰ simplicibꝰ hoc habeat qꝫ non est pura sed mixta crimine ecclesiastico et ciuili. vt de se patet. Ideo de modis sen tentiandi tractando. primo tractandū est de quadam sententia ad quam ma lefice solent appellare de qua secularis iudex per se irrequisito ordinario agit Secundo de his in quibus sine ordi nario agere non potest. Et sic tertio q̄ modo ordinarij se exonerare possunt patebit.

Questio. xvij. super purgati onem vulgarem et precipue su per examen candentis ferri ad quod malefice appellant.

In autem malefica, vulgari purgatõe. de qua ij.q.iiij. ꝯsuluisti. ⁊ ca. monomachiã. sit sup ꝟatũ tẽptatiue purgãda ⁊ p iudicẽ secularẽ ad h astringẽda vel admittenda ad iudiciuz candent ferri si ad hoc appellat ⁊ vĩ ꝙ sic. Naz sicut duellũ ad ꝯseruatõez vite ꝓprie in cã criminali vel reꝝ suaꝝ in cã ciuili ordinat ita ⁊ iudiciũ candent ferri p tactuz vel aq̃ bullient p potũ. ꝫ primũ licitũ ẽ in aliq̃ casu. iuxta sctm̃ Tho. se. se. q. xcv. in fine vltimi articli. vbi dicit ꝙ tũc duellũ põt esse licitũ vbi ad cõem rõnem sortiũ appropinquat. ꝗ etiã in aliq̃ casu iudicium ferri candent. Itez multi principes sctẽ vite ⁊ q̃ bonoꝝ ꝯsilio vtebant vt sanct⁹ Henricus imꝑator erga ꝯiugẽ virginẽ kunigundã: quã de adulterio suspectã habuerat exercuit. Itez sicut iudex qui habet curã cõitatis licite põt minora mala ꝑmittere ad vitandum peiora vt meretrices in ciuitatib⁹ ne oĩa turbent libidinib⁹. iuxta aug. in li. arbi. tolle meretrices ⁊ oĩa turbabis libidine. Ita p tale iudicium vbi quis ab insultibus ⁊ iniurijs alicuius cõitatis super cãm criminalẽ aut ciuilem liberari posset. Item qꝛ min⁹ est lesio manuũ p candens ferrũ ꝙ̃ vite intfectio p duellũ. ideo ⁊ si duellũ admittitur vbi cõsuetudo habet a fortiori et examen candentis ferri. Contrarium habet. ij. q. v. monomachiã. vbi dicitur hec ⁊ hmõi sectantes deũ temptare videntur. vbi attendendũ esse dicunt doctores. ꝙ quia non soluz a malo iuxta aplm̃. j. Thes. v. sed etiam ad habente speciem mali abstinendũ est. ideo non dicitur in illo ca. omnes hec sectantes temptãt deũ. sed videt temptare vt intelligat ꝙ posito casu ꝙ aliquis talia exercens intendat aliũ finẽ forte rectũ. quia tamen apparentia est mala cauẽdum est. Rñdeo. ꝙ tale iudiciũ seu examen sit illicitũ precipue candent ferri. deducit ex duob⁹. primo. qꝛ ordinant ad iudicandum occulta. q̃ diuino iudicio reseruant. Scõo etiã qꝛ hmõi iudiciũ non est aucte diuina aut etiã documentis sctõꝝ patrũ sancitũ. Vñ in ca. consuluisti. ij. q. v. qd̃ sctõꝝ patrũ documento sancitũ nõ est. supstitiosa adinuentione est ꝑsumendũ. et Stephan⁹ papa in eodẽ ca. spontanea cõfessione. vel testiũ approbatõne delicta cõcessa sunt vestro regimini iudicari: occulta eñ ⁊ incognita illi sunt relinquẽda qui solus nouit corda hoĩm. est tñ dĩa int duellũ ⁊ ferri candentis examẽ. seu etiam putũ bullentis aq̃. qꝛ duella magis accedũt ad cõem rõnem sortiũ. vtpote qꝛ pugiles sunt penitus pares virtute ⁊ arte. ꝙ̃ examẽ cadentis ferri. qꝛ licet vtrũqꝫ ordinat ad alicui⁹ facti occulti inquisitõnem per aliqd̃ factũ ab homine. tamen quia in iudicio candentis ferri aliquis miraculosus effectus expectat qd̃ non cõtingit in duello. vbi solũmodo contingit interfectio vnius vel amborum. ideo examen illud est omnino illicitũ. licz duellum non sit ita illicitum. Incidentaliter tñ propter principes ⁊ iudices seculares sup duellum admittendũ est notandũ. ꝙ occasione hoꝝ verboꝝ scti Tho. qui hãc distinctionem ponit Nicola. de lyra in postilla sua sup bibliã. j. Regũ. xvij. occasione etiã duelli seu conflictus ipsius dauid cum philisteo vult elicere ꝙ in aliquo casu duellum possit esse licituz. ideo ꝙ hoc nõ sit de mẽte docto. tho. ꝫ potius oppositũ ꝓbat paul⁹ burdegaleñ. ꝯ nicolaũ ꝑfatũ. cui⁹ ꝓbatõez bñ aduertere debẽt pricipes ⁊ iudices seclares. Primo p hoc qꝛ duellũ sicut ⁊ examen alternz ordinat ad iudicandũ occulta q̃ diuino iudicio reseruantur vt supra tactũ ẽ. nec pt dici ꝙ intẽtõnẽ habuerit ex

ꝯflicto dauid. q: sibi reuelatū fuit a do mino interiori instictu vt tale certamē inire deberet ⁊ ꝙ iniuriā sibi illatam ꝑ eum vindicare ꝯtra philisteū volebat. qd̄ ex verbis Dauid elicit. Ego venio ꝯtra te in noīe dei viuentis. ⁊ sic nō fu it ꝓprie duellator. sed diuine iusticie ex ecutor. Scdo ex hoc qd̄ precipue iudi cibus est aduertendum. quia in duello dat potestas vel saltim conceditur licen tia vtriqꝫ interficiendi se mutuo ⁊ cum alter eoꝝ sit innocens. ideo ꝓstatur au ctoritas vel saltim licentia interficien di innocentē. qd̄ cum simpliciter est il licitum. q: contra dictamen iuris na turalis ⁊ diuinū ꝓceptum. Ideo om̄i no illicitum tam ex parte appellantis ꝙ̄ recipientis ꝙ̄ etiam iudicantis ⁊ cō sulentiū qui om̄s homicide reputātur Tercio ex hoc q: cum duellū sit singu laris pugna duoꝝ vt ꝑ victoriam vni⁹ appareat iusticia tanꝙ̄ ꝑ diuinū iudici um ⁊ alterius iniusticia. non obstante ꝙ tūc de⁹ temptat. vn̄ reddit illicitū ex parte appellantis et recipiētis. tn̄ cum ipsi iudices alijs medijs iustum iudici um aut terminatōe3 litis ꝓcurare pos sent. cum hoc nō faciūt sed ꝯsulunt seu omino ꝑmittunt cum ꝓhibere possent vtiqꝫ ad interfectōnem innocētis con sentiūt. Verū q: non est verisil̄e. postil latorē Nicolaum hec latuisse aut igno rasse. Ideo vbi dicit in aliquo casu du ellum absqꝫ pctō ꝯmitti mortali. loqui tur ex parte iudicantiū aut ꝯsulū3. vbi non ꝑ ipsoꝝ inductōe3 aut ꝯsiliū sed ꝑ ipsos appellantē ⁊ recipientē tale exa men exercet siue alio respectu. et quia non est nostre speculatōnis his imora ri ꝫ de ipsis maleficꝫ differere. clare pa tet ꝙ si in alijs criminalibus causis cir ca furtū aut latrociniū tale examen in habet. quantomagis hic vbi ꝯstat ma leficas cūcta maleficia auxilio demo nū ꝓcurare. siue i lesionib⁹ i sefēdis. siue curandis seu tollendis. aut ipediendis Nec mix ꝙ ope demonū a lesionibus in tali examine ꝓseruant malefice. cu3 vt naturales tradūt. succus cuiusdam herbe vbi man⁹ inūgunt ꝯbustōe pos sit ꝓseruare. ⁊ cū ipsum demonē virtu tes herbaꝝ minime latēt. dato ꝙ ꝑ int positionē alicui⁹ corpis inter man⁹ de ferentis ⁊ ipsum ferrū. lesionē nō inter cipet ꝓut inuisibiliter ꝓcurare potest. tn̄ ꝑ hmōi naturales rerum ꝓprietates hoc efficere posset. vnd̄ min⁹ ꝙ̄ quibus cunqꝫ alijs malefactorib⁹ ipsis malefi cis ꝓpter intimā familiaritetē quā cum demonib⁹ tenēt tali examine sunt pur gande ꝫ ipso facto vbi ad hoc appellāt am vt suspecte malefice sunt habende Deseruit ad hoc factū qd̄ in constanti ensi diocesi trib⁹ annis vix iam elapsis ꝯtigisse fert. Nam in dominio comitū de furstenberg ꝑtinet nigre silue. male fica quedā famosa ⁊ plurimū ab inco lis diffamata. vbi ꝑ comitē ad instanti am plurimoꝝ fuisset ꝯphensa ⁊ de plu rimis indicijs sup varia maleficia dela ta tandē int tormēta et qōnes interro garetur manus oim volēs euadere. ad examē candentis ferri appellauit. Iu uenis comes nec multū in his expert⁹ examen admisit ⁊ dum candens ferrū ꝑ tres dūtaxat pass⁹ ōferre adiudicata ꝑ sex fuiss3 deportauit offerēs se denuo ad ipsum languori spacio deportare. Qua ex re dum manifestū habuissent indicio maleficij iudicare. q: nullus sā ctoꝝ ꝓsumpsisset talit diuā assistentiā tēptare. ipsa tamē absoluta a vinculis ⁊ illesa vsqꝫ in pn̄s non vtiqꝫ in partiu3 fidei scandalū ꝑseuerat.

Questio. xviij. de sententia diffinitiua in se et qualiter est fe renda.

Consequẽter ad tractandũ de his in quib⁹ secularis iudex ꝑ se cognoscere ꝛ sniare põt diocesanis si libet manentib⁹ exoneratis. hoc ipm eñ ꝓsupponimus vt nedũ nos ipsi inquisitores salua fide ꝛ iusticia simus ab his sententiandi modis exonerati, verũ ꝛ ipsos diocesanos eadẽ sinceritate exoneratos affectam⁹ ipsor facultatẽ ꝛ iurisdictionẽ minime amputãdo. q̃ tñ si vtiq; vellẽt necesse foret ꝛ nos inq̃sitores. iuxta. c. multoꝝ querela. de here. in cle. pariter cõcurrere. Attendant tñ q̄ q: hoc crimen maleficaꝝ nõ est mere eccl'iasticũ. Vñ nec ptãtib⁹ ꝛ dñis tpalib⁹ ad iudicãdũ ꝛ sentiandũ vt in. c. vt inq̃sitõnis. §. ꝓhibem⁹. de here. li. vj. interdictũ. In q̄bus tñ ꝓfata potestas diffinire ꝛ cognoscere sine diocesanis: nõ põt: simili? deducet. Sꝫ primo videnduꝫ de ipsa snia in se. scdo qualiter sit ferẽda. tercio q̄t modis. De primo. Cum ?m aug. vt. ij. q. j. c. j. Nos in quenq̃ sniam ferre nõ possum⁹. nisi aũt conuictũ aut sponte cõfessum. Et sententia sit triplex. vt dicit glo. summaria in principio questionis. s. Interlocutoria. diffinitiua ꝛ ꝓcepti. ꝛ Raymund⁹ exemplificans dicit. Interlocutoria snia dicit?. que non sup principali sed sup aliis questionib⁹ ꝓfertur inter principiũ cause ꝛ finẽ emergentib⁹. vt est de teste repellendo vl' de dilatõne danda vel non. ꝛ hmõi. Vel forte dicitur interlocutoria. q: inter partes loquendo ꝓfert? sine scripture solẽnitate. Diffinitiua autẽ sententia dicit? qñ principalis questio diffinit?. ff. de re iudi. l. j. Sententia precepti est quãdo maior precipit minori. De primis duabus nostra ꝯsequenter erit speculatio precipue sup sententiam diffinitiuam. Notandum secundo q̄ licet in glosa ꝓfata dicatur. q̄ si sentẽtia diffinitiua fuerit lata obmisso ordine iuris ipso iure nulla est. ij. q. vj. Si quando. §. diffinitiua. Et post dicat?. scias q̄ duplex ẽ ordo iuris. Vnus qui est de necessaria substantia iudicioꝝ. vt fiat litis contestatio ꝛ testes recipiant?. Si contra hũc ordinem ferat? sententia non tenet. Est alius ordo qui non est de substantia iudiciorum vt scilicet sententia non feratur sub conditõne. ꝛ vt prius nõ ꝓnunccietur de possessione q̃ꝫ de ꝓprietate. si tamen hoc non seruet? tenet sententia: vt. ij. q. vj. Anterioꝝ. §. biduuꝫ. In hac tamen causa. quia est causa fidei ꝛ heresis crimen. licet mixtũ. ꝓcedit? summarie simpliciter ꝛ de plano. vt patꝫ in. c. statuta. li. vj. ꝛ qualiter ista verba intelligant? habes supra. q. vj. ꝛ vt ibi deducitur. iudex necessario libellũ non exigat. litis ꝯtestatõnem non postulet ꝛc. sequit? ꝓbatõnes tamen necessarias admittat. similiter citationẽ ꝛ ꝯtestatiõeꝫ iuramenti de calũnia ꝛc. Vnde et ali⁹ modus ꝓcedendi iam ꝑ iura nouis declarat?. De secunda aũt qualiter sit ferenda. Nota q̄ ꝓferri debet a iudice et non ab alio al's non valet. Item in loco publico ꝛ honesto etiaꝫ sedendo. vt iij. q. iij. inducie. §. spacium. Et simili? de die ꝛ non in tenebris. ꝛ sic de mult? que ibi notant?. tum q: ibi continet?. q̄ nõ diebus feriatis. ꝛ q̄ nõ in script? feratur. Notandũ q̄ quia hic summarie simpliciter ꝛ de plano vt supra tactum est proceditur. ꝛ de verbo. signi. c. Sepe contingit. in Clemẽ. dicitur. q̄ tempore feriarum ob necessitates hominũ indultarum. a iure procedere valeat. et q̄ iudex amputet dilationem. Ideo si iudici libet seruare illa potẽit. Nec scripto proferre tenetur. cum ?m Ioh. an. Plures sint casus in quibus sine scripto sententia valꝫ. ꝛ inter illos enumeratur consuetudo loci vel fori. distinc. xj. consuetudinis. Episcopus etiam si

est iudex potest per alium sententiam recitare ad instar illustrium. Item nota q licet in actionibus criminalibus executio sententie non sit differēda. fallit tamen hoc in certis casibus pcipue quatuor. sed p hac materia capiuntur duo. primus si lata est in muliere pregnante differt enim vsq ad temp9 partus. ff. de re. iu. l. pregnantis. Itez cum quis est confessus crimen z postea negat. intellige si confessio prius non fuit reiterata modo quo supra tactum fuit. q. xv. De tercio autem quot scilz modis sit ferenda. quia ɔsequenter vsq in finem operis de his tractibimus. sunt tamen adhuc aliqua ptermittenda de modis quibus psona delata reddit suspecta. eo q varie sententie super varias suspitōnes sunt ferende.

Questio decimanona. quot modis capitur suspitio pro sententia ferenda.

Respecti de heresi vel alio crimine quot modis z quib9 dicendi sunt. et an in tali casu p tali crimine ex illis iudicandi z sententiandi sint vbi queritur. Rn̄dendum est. z p antiqua et per nova iura. Nam glo. sup. c. nos in quē in pcedenti qōne allegato. dicit q quatuor sunt modi ɔuincendi reū. aut scilicet iure. vt instrumentis z testibus. aut facti euidentia. extra de cohabi. cler. c. tua. Aut iuris interptatione. vt sepius citatum esse reum. iij. q. ix. decreuim9. Aut violenta suspitione. xxxij. qō. j. dixit. Notant etiam canoniste q triplex est suspitio. Prima temeraria. de qua canon. Nullum iudicetis suspitionis arbitrio. ij. q. j. primo. Secunda probabilis z hec purgatōnem inducit. nō autem prima vt. ij. q. iiij. presbyter. Tercia est violenta. que comdemnationez inducit. z de hac intelligitur dictū hieronymi. q vxor dimitti potest propter fornicatōnem aut fornicatōnis suspitionem. xxxij. q. j. dixit. Nota insuper q secunda que est pbabilis admittit ad semiplenam probationem. vt extra de psumptō. in multis. Vnde coadiuuat ad probatōnem si assint alia āminicula. vnde solum admittitur ad purgationem indicendam. De violenta etiam que ad condemnatōnem sufficit: nota q est duplex. dum quedā iuris z de iure. vt cum ius fingit z statuit aliquid super facto et contra hanc non admittit probatio. extra de sponsa. nec q fidem vbi dicitur q si quis dederit fidem mulieri de contrahendo matrimoniū cuz ea: z postea copula sequitur: matrimonium esse presumitur z probatio in cōtrariū non admittitur. Quedam ē iuris sed non de iure: vt vbi ius psumit: sed non statuit aliquid. vt si vir diu mulieri cohabitauit presumitur ab eo cognita. xxxij. q. j. dixit. Et contra hāc admittit probatio. Applicando ad ppositum nostrū super heresim maleficarū z sup noua iura. dicimus q in iure triplex suspitio super crimen heresis habetur. prima est modica. secunda magna. tercia maxima. Prima que ē modica in iure vocat suspitio leuis. ita habetur. c. Accusatus. de here. libro. vj. in prin. vbi dicitur. Si autem leuis z modica suspitio illa fuit quanq ex hoc sit grauiter puniendus. non tamen debet pena in heresim relapsorūz puniri. Et hec suspitō ideo dicitur modica siue leuis. tū quia modica et leui defensione tollit. tum quia ex modicis et leuibus oritur coniecturis. Vn̄ dicitur modica a modicis indicijs. et dicitur leuis a leuibus coniecturis. Vtpote in simplici heresi circa fidez si aliqui reperiātur occulta ɔuenticula celebrantes vel vita vel morib9 a cōi ɔuersatōne fidelium deuiātes, vt patet. ca. excōicamus.

primo. extra de here. circa maleficarū heresim. Simili modo vbi cōuenticula in angarijs aut sacratioribus ãni tēporib⁹ in campis aut siluis siue de die siue de nocte conuenirent. aut aliq̄ seorsum reperirentur. aut non frequentare diuina temporibus consuetꝭ ꝛ modis consuetis. aut cum suspectis maleficis familiaritates secretas contrahere. tales enim leuiter ad minus de heresi habentur suspecti. eo ꝙ talia frequēter facere huiusmodi comprobantur. de qua etiam leui suspitione habet̄. C. de here. l. ij. in fine. vbi dicitur. Hereticorū vocabulo continentur ꝛ latis aduersus eos sententijs debent succumbere. qui vel leui argumento a iudicio catholice religionis et tramite detecti fuerint deuiare. Et huic sententie concordat Hostien. in summa. ti. de p̄sumpti. §. finali. vbi dicit. Notandnm ꝙ q̄s uis heretici leui argumento deteganẗ scilicet ad hoc ꝙ suspecti habeantur tamen non debent vt heretici haberi. ꝛ probat per precedentia. Secunda suspitō que est magna i iure vocatur vehemēs siue fortis. de qua iterum in allegato. c. Accusatus. in principio. Iteruꝫ sic habetur accusatus de heresi vel suspectus contra quem de hoc crimine magna ꝛ vehemens suspitio orta erat ꝛc̄. Ibi. n. hec coniunctio. et. non tenetur copulatiue: sed expositiue vt notat Johan. andree ibidem. Vehemens aut idem est quod fortis vt dicit Archidi. super allegato. c. Accusatus. ꝛ verbo. vehemens. vt dicit Papias ꝛ Huguitio. ꝙ vehemens idem est ꝙ fortis siue grandis. Allegat etiā Greg. j. moral. Ventus vehemēs irruit. Vn̄ dicimus aliquem vehementeꝫ habere casum cum habet forteꝫ. hec ibi. Ergo suspitio magna dicit̄ vehemēs siue fortis ꝛ sic nominat̄. q꞉ non nisi vehementib⁹ et fortibus defensatōnib⁹ repellit̄. ꝛ etiaꝫ q̄a ex magnis et vehementib⁹ ac fortibus orit̄ coniecturis argumentis ꝛ indicijs Vtpote in simplici heresi si aliq̄ comperiant̄ qui eos quos sciūt hereticos fore occultant. fauorē impendāt. associant. visitant. mūera offerant. recipiāt defensāt ꝛ sil'ia exercētes. tales nāq̄ vehementer de heresi suspecti sunt. ꝛ sil'ter cognoscunt̄ circa heresim maleficarū. eo ꝙ suspitio oritur ꝙ participāt cū eis in crimine ꝛ p̄cipue notant̄: hic mulieris aut viri: qui ad amorē vel odium inordinatū. licet non ad alias lesiones hoīm tendant aut iumentoꝝ solēt maleficare. Similia em̄ vt p̄missum est in quacunq̄ heresi exercentes vehementer sunt suspecti. vt patet p allegatū ca. accusatus. ꝛ. §. illo vero. ꝛ p notata ibidem p archidiaconū. Cum nō sit dubium eos talia facere in fauorē illius heretice prauitatis. Tercia suspitio h̄ est maxima. ꝛ in iure vocat̄ violenta. cap̄. cum ꝯtumacia. ꝛ ca. Accusatus. li. vj. de here. ꝛ per notata p archidiaconum et Johannē andree. super. c. Accusat⁹. et verbo. vehemēs. vbi dicūt. Dicit vehemens nō violenta. supra de p̄sump. ca. literas. De hac suspitōne loquit̄ canon. di. xxxiiij. quorundaꝫ. Et hec presumptio seu suspitio dicit̄ violenta. tuꝫ q꞉ violentat cogit ꝛ artat iudicē ad credendū. Nec tergiuersatōne refellit̄ q̄licunq̄. tū q꞉ ex violentib⁹ cōuincentib⁹ atq̄ cohercentib⁹ orit̄ coniecturis. Exēpli grā in simplici heresi. si aliq̄ reperiātur qui hereticos adorauerint. id est reuerentiā suo amore exhibuerint consolationem vel communioneꝫ ab eis acceperint. vel similia que ad ritum eorū pertinent perpetrauerint. tales nanq̄ violenta suspitione de heresi et hereticorum credentia sunt conuicti. per ca. filij. Et per ca. Accusatus. de here. lib. vj. et per notata per Archidiaconum super capit̄. quicunq̄ hereticos. et ver-

bo.credentes.eodem libro.vj.cum nō
sit dubium eos talia facere in credenti
am heretice prauitatꝭ. Super heresim
vero maleficarum a simili qui perpe-
trant ea que ad ritum maleficarum p-
tinent.et talia cum sint varia videlicet
aliquando per verba solum contume-
liosa.dicendo.tu senties in breui que ti
bi euenient vel similia in effectu. vel p
tactum solum tangendo hominē aut
bestiam manibus.aut per visum tan-
tum se manifestando nocturno vel di-
urno tempore certis dormientibus in
cubilibus.et hoc vbi homines aut iu-
menta nituntur maleficiare. licet circa
grandines varios alios obseruant mo
dos se alijs offerendo ceremonijs. cir-
ca flumen aliqđ se agitādo diuersimo-
de vt in precedentib⁹ circa modos ma-
leficia inferendi patuit.tales vtiq̄ vio-
lenta suspitōne sup heresim maleficaꝝ
vbi reperiunt̄ ⁊ fama laborat sunt ꝯui
cti:ꝑserti vbi effect⁹ est subsecut⁹ in ma-
leficio siue statim siue p successum tem
poris.quia tūc euidens factum cōcur-
rit siue indicium facti vbi instrumenta
maleficij in aliquo loco reposito repe-
rirent̄. licet successus temporis nō ita
aggrauaret ad euidentiam facti manet
tamen suspecta vehemēter ⁊ a fortiori
amplius ꝙ̄ circa simplicē heresim.Et
si queritur nunqđ dyabolus absq̄ viso
aut tactu mulierū maleficiare possꝫ ho
mines seu iumenta. Respondet̄ vtiq̄
si deus permittit.ꝫ quia maior dei per
missio vbi creatura deo dicata per fidei
abnegationē ⁊ alijs horrendis sceleri-
bus concurrit.ideo ⁊ dyabolus ampli
us talem modum maleficiandi creatu
ras affectat.imo ⁊ dici potest ꝙ dyabo
lus etiaꝫ si absq̄ malefica possꝫ adhuc
summe p maleficam talia exercere af-
fectat varijs respectibus vt in ꝑceden-
tibus patuit.Epilogando ad nostrum
propositum sup modos ex presumpti

onibus iudicandi.Dicendū ꝙ sup p̄fa
tam distinctōem suspecti de heresi ma
leficarū sunt in triplici genere cum qui
dam leuiter.quidā vehementer.⁊ q̄daꝫ
violenter. Leuiter sunt suspecti qui ta-
lia modica vel leuia pagūt ꝙ ex eis ori
tur modica vel leuis suspitio ꝯtra eos
de tali heresi.⁊ lꝫ vt dictuꝫ est vbi quis
sic inuenit̄ suspectus non sit hereticus
habendus.tñ debꝫ sibi indici canonica
purgatio.vel iniungi tanq̄ p leui abiu
ratio.Et quideꝫ ꝙ purgatio possit sibi
indici habet̄ ca.excōicamus.j. in prin.
extra de here.vbi dicit̄. Qui aūt inuē-
ti fuerint sola suspitōe notabiles.suspi
tione ꝓbabili.hoc est leui.⁊ que leuiter
apparet.dic̄ Hostieñ.sequit̄. nisi iuxta
cōsideratōes suspitōis qualitatēq̄ ꝑso
ne ꝓpriam innocentiā cōgrua purgati-
one mōstrauerint anathematis gladio
feriantur.⁊ vsq̄ ad satisfactōem condi-
gnam ab oibus euitent̄. Ita ꝙ si p an-
nū in excōicatione perstiterint extunc
velut heretici condēnent̄. Hec ibi. Et
nota ꝙ indicta sibi purgatione canoni
ca siue consentiat siue nō. siue deficiat
siue nō.est p oia iudicandū sicut de dif
famato de heresi cui est purgatio cano
nica indicenda. Sed ⁊ hoc ꝙ abiuratō
possit tali indici tanq̄ leuiter suspecto
de heresi.ptꝫ p ca.accusatus. in princi.
vbi dicit̄. Accusatus de heresi vel suspe
ctus.cōtra quē de hoc crimine magis
⁊ vehemēs suspitio orta erat. si heresiꝫ
in iudicio abiurauit ⁊ postea cōmittit
in ipa censeri debet quadā iurisdictōne
relapsus.lꝫ ante abiuratōem suam he-
resis crimen ꝓbatū nō fuerit ꝯtra ipm
Si aūt modica ⁊ leuis fuit suspitio il-
la.quanq̄ ex hoc sit grauiter puniēd⁹.
tñ non debꝫ in heresim relapsoꝝ pena
puniri. Hec ibi. Quidam autem cum
sint suspecti vehementer.⁊ sunt illi qui
talia vehementia ⁊ fortia peragunt.qđ
ex eis oritur vehemens ⁊ magna suspi

